consecuturos a domino tota credulitate confidat

**XXII Exempla obedientie factozum iohā
nis. et pafuncii.**

Beatus iohānes in adolescētia feniozi de
seruiens tata humilitate. vt ipsi quoq;
feni stupozem sūmū obediētia eius in
cuteret. audiuit ab eo. Curre inquit io
hānes saxū illud huc aduolue quatoci;. Qui con
festim saxū imane quod turbe multe hoim vl mo
uere non possent. applicata nuc ceruice. nuc toto
pectore. tato nisu atq; conatu prouoluere cōtēde
bat ut sudore oim membroru totū infunderet uesti
mentū paruz metiens impossibilitatem pcepti. sim
plicitate sincera qua credebat senem tota fide nil
posse icassum ac sine ratōne picipere. Pafuncii; ab
renunciare desiderās mundo tādū pre foib; mo
nasterii excubās pdurauit donec contra omnem
consuetudinem cenobiorum cu filio suo paruulo
q octo circiter erat ānozū vt suscipere eliceret
Confestim celle habitatione seiucti sūt. ut quead
modum se iā diuītē non esse sciebat. ita etia patrē
se esse nesciret. Quod ut plenius probareē utrū uī
delic; pl; faceret affectione sāguinis. an obediē
tie. de industria negligebat paruul; pānis potius
q uestimentis idutus colaphis atq; alapis expo
sue; diuersozum. quas plerūq; sub obtutib; suis i
nocenti paruulo etiam gratis cernebat inferrī. ita
ut nunq; genas eius nili lacrimarum sordentibus

uestigijs uideret infectas. p amore nihilominus christi et obediencie uirtute. rigida semper atq; im mobilia patris viscera permiserunt. Nō enim iam reputabat suum filiū. quez secū pariter obtulerat christo. Cenobii senior ad comprobādam peius animi eius cōstantiā. cum plorare quadā die uidisset infantem. simulans se aduersū eū cōmotum. p cepit patri ut eum iactaret in flumen. Tūc ille uelut a domino sibi esset hoc pceptū. confestim celerī cursu rapiens filiū. uinis ppijs usq; ad orā fluminis aduexit iactatur? quod profecto fuisset cōsummatum nisi pcurati d industria fuissent fratres. qui solite ripam fluminis obsiderent. proiectūq; iam et quodāmodo de flumis alueo paruulū raperent. Reuelatum est cōtinuo seniori. hac eū obedientia abzabe patarche op? iplesse. XXIII

De peregrinatione abbatis pinufij causa huili
Adim? abbatem pinufij qui **catis.**
cum esset imanis cenobii p̄biter in egipto cūctis honorabilis. uidens se p hoc ipso humilitatem exēcere non posse. nec habere quō uirtutem desiderate subiectōis extenderet. clam fugiens de cenobio. secessit sol? in thebaidīs uiteimas partes. Ibiq; assūpta seclari veste cenobium thabēnsiorarū expetijt. quod sciebat cūctis esse districtius. et ī quo se credidit facile posse celari. Vbi diutissime pro forib? perseuerās ut susciperetur sūmis p̄cib? ist. tit. cūq; m̄to de spectu tādē fuisset admissus. q̄ scilicet decrepitus senex ingredi cenobiū postularēt. quo tempore nec iam deseruire quidem suis uoluptatib? p̄ ualeret. ac ne hoc ipsū quidem causa religionis expetere eū asserent. sed famis et inopie necessitate astrictū. ut seni nulliq; operi apto orti cura mā dāt. Quam sub alio fratre iuniorē qui eū sibi creditū retinebat exercens. sic ei subdebat. ut non solū ea que ad orti curam pertinebant. uerū etiam uniuersa officia que cūctis erant aspera uel indigna tota sedulitate quotidie compleret. Quāplura etiam nocte consurgens ita furtim officiebat. ut aurozem operis nemo deprehenderet. Cūq; ibidem triennio delitescens dispersis per uniuersā egiptum ubiq; fratribus quēreret. a quodam tandem uisus. uix potuit pro humilitate habitus ac uilitate officij quod gerebat agnosci. Nam sarculo laxabat oleribus terram. deinde stercus humeris suis aduectans eozū radicibus ingerebat. Hec intuens frater. ad pedes eius procidens stuporez sūmum cūctis incussit. cur istud fecerit ei qui apd ipsos uelut nouici? ac de seculo nuper egress? habebatur extemus. Post uero miraculo sunt maiore percuss. cū eius nomen quod apd ipsos quoq; magna fuerat opinione compertū prodidisset. a quo uniuersi fratres prioris ignorātie ueniā postulantes. q̄ eum tanto tempore inter iuniores ac paruulos deputassent. inuitum ac flentem q̄ inuidia dyaboli digna sibi fuisset conuersatione atq; humilitate fraudat. quā diutissime requisitā tandem aliquādo se inuenisse gaudebat. nec meruisset uitam suam ī illa quā arripuerat subiectione finire. ad propriam cenobiū reduxerunt. XXIII

De nouicio quem in ingressu de norma religio
Vnc igitur senem cum **nis istruxit.**
post hec in egipto studiosissime requisit senem. exhortationem hāc dedit fratri quez sub nostra p̄sentia in cenobio suo recipiebat. Nosti ait quot dieb? p̄e foribus excu

bans hodie sis recept? cui? difficultatis causam primit? debes agnoscere. Sicut nāq; ī mensa gloria fideliter seruentibus deo ac secūdm regule huius institutionem ei coherētib? repromittatur in futurum. ita pene grauissime p̄parantē his qui tepide eam negligenterq; fuerint executi. et secūdm hoc qd̄ professi sunt. uel quod ab hominibus esse creduntur. fruct? etiam congruos sactitatis eidem exhibere neglexerint. quia maledict? qui facit opus dei negligenter. Ideo igitur a nobis diutissime refutat? es. non quia tuam. uel salutem oīum. non toto desiderio cupiamus āplecti. et his qui ad christū cupiunt peruenire etiaz procul occurrere non optem? sed ne temere recipientes. et nos apud deū leuitatis. et temetipsū reū gūioris supplicij faceremus. si ad p̄sens facile susceptus nec pond? professionis huius intelligens. uel desitator? post hec uel tepid? extitisses. Caue ergo ne quid aliquando eorū resumas que renūciāns abiecasti. et contra domini interdīctū de agro ewāgelice operationis reuersus inueniaris tunica tua q̄ te expoliaueras reuestiri. Caue ne parentum. ne affectionis p̄stine recorderis. Caue ne quādo supbiam quam nūc incipiens. ardore fidei ac pia huilitate calcasti. cū ceperis psalmozū uel p̄ofessionis huius quādam noticiam degustare paulatī elat? resuscitare mediteris. In hac quoq; humilitate ac patientia qua ut susceperis in monasterio decem diebus pro forib? perseuerans mltis lacrimis implorasti. non solūmodo p̄stas. uerū etiam proficias atq; succrescas. Satis enī miserū est ut cū de bes a rudimentis ac p̄mordiis tuis prouehi. et ad perfectionem tendere. etiam ab ipsis incipias ad īferioza decidere. arda est uia que ducit ad uitā &c. Considera ergo te de paucis et electis effectū. te ne exemplo ac tepore multitudinis frīgescas. sed uiue ut pauci ut cū paucis iueniri mēāis ī regnō dī. Mlti enī sūt uocati pauci uero electi. et pusillus est grex cui complacuit patri hereditatem dare. Itaq; non leue noueris esse peccatū perfectiōnem p̄fessū quempiā ea que sūt imperfecta sectari ad quem p̄fectionis statū his gōib? atq; hoc ordīne peruenitur. XXV.

De decem humilitatis indicijs.
Pincipiū nostre salutis eiusdēq; custodia timor domini est. per hunc enim et iniciū conuersionis et uiciorū purgatiōis et uirtutū custodia. his qui imbuūt ad uiam perfectionis acquirunt. Qui cū penetrauerit hominis mentem. cōtemptū ei rerū omniū parit obliuionem parentū. mūdiq; ipsi? gignit horrorem. Contemptu autē ac p̄uatione facultatū omniū humilitas acquirē. Humilitas uero his indicijs comprobāe. Primo si mortificatas in se habeat omnes uolūtates. Secūdo si non solū accuum suozū uerū etiam cogitationū nihil suo celauerit seniori. Tercio si nihil sue discretionis sed iudicio eius uniuersa cōmittat. ac monita ei? sitiens libenter auscultet. Quarto si in omnib? seruet obediencie mansuetudinē. et patientie cōstantiam. Quinto si non solū iniuriam inferat nulli. sed ne ab alio q̄dem sibi met irrogatam doleat atq; tristē. Sexto si nihil agat nihil p̄sumat. quod non uel cōmunis regula uel maiorū cohortantē exempla. Septimo si omni utilitate content? sit. et ad omnia se q̄ sibi precipiunt uelut operariū maiū iudicauerit. et īdignum. Octauū si semetipsū cunctis inferiorē

non superficie pronūciat labiorū. sed intimo cor-
dis credat affectu. Non si linguā cobibeat. ul' n̄
sit clamorosus in uoce. Decimo si non sit facilis ac
proprius in risu. **XXVI De temperātia gu-**
le. Ex libro quinto.

Non qualitas sola sed etiam quantitas ef-
carum aciem cordis obtundit. ac mente
cum carne pariter impinguata. noxiū vi-
ciorum fomitem igneūq; succedit. Qui
buslibet escis refectiones venter seminaria luxurie
parit. Sodomitis causa subuersionis atq; luxurie
non vni crapula. sed saturitas extitit panis. Faci-
lius vidimus viros qui ab escis corpulentiorib;
ommodis temperarent q̄ moderate vsos p̄ necessi-
tate concessis. mensurā sufficientie custodire. Ha-
bet etiam corporis inbecillitas cōtinentie sue p̄ al-
mam dūmodo escis defectioni carnis indulcis ad-
huc se indigentem refectione defraudet. cātumq;
esui indulgeat quātum sufficere ad vsū viuendū
tēperātie discretio rigida iudicauerit. non quātū
desiderii appetit? exposcit. Quāobrem ut nulli sta-
tū uirtus parsimonie adimitur. ita nec integritatis
quidem consummatio denegatur. Ut ilis quidē
et omnimode obseruanda est canonica ieiuniorū
custodia. sed nisi hanc temperanter fuerit ciborum
refectio subsecuta ad integritatez mētis n̄ potest p̄-
uire. itegritas enī mētis v̄eris cohēt iedie. Melior ē
rōnabil' quotidiana cū moderate refectione. q̄ p̄ in-
eualla arduū lōgūq; ieiunū. Nouit imodeāta me-
dia n̄ modo mētis labefactare cōstantiā. s; etiā ora-
tionū efficaciam reddere lassie udie corporis ener-
uatam. Impossibile nanq; est ignita extingui. cor-
poris incēntia p̄ usq; cetozū quoq; p̄ncipaliū
viciorum fomites radicē excidantur. Prima no-
bis est calcanda gula cōcupiscentia. et eousq; ex-
tenuanda mens non solum ieiunū verū etiam vi-
gilis. lectione quoq; et crebra cōpunctione. do-
nec eiusmodi meditatōnib; occupata parit ac pos-
sessa ipsius cibi refectionem. non taz iocūditiā cō-
cessam. q̄ oneris vite sibi impositam recognoscat.
Illud enim est cūctozum lucta minū fūdamētū.
ut p̄mitus carnalium desideriorū incēntia p̄mā-
tur. Non enim meremur mentis robore cōquisito
grauiores pugnas nequitiarum celestium expiri q̄
carnem fragilem resistentem sp̄i nostro subiuga-
re nequiuimus. Qui enim gula superfluos appeti-
tus inhibere non potuit. quomodo est? carnalis
concupiscentie valebit extingui. Et qui nequit
passiones in p̄patulo sitas. paruasq; cōpescere. q̄
liter occultas nulloq; hominum teste p̄ridentes
poterit debellare. Non enim nobis est aduersari-
us extrinsecus formidandus. in nobisipsis hostis
inclusus est. Intestinū nobis quotidie ingerit bel-
lū. denictō eo omnia que forinsecus sunt reddē-
tur infirma. ac militi christi vniuersa pacata erūt
et subdita. **XXVII De ieiunio spirituali et**
quid edendum et quando et q̄liter abstinentum.

Nec solum nobis ieiunium visibiliū ciboꝝ
ad perfectionem cordis et corporis pu-
ritatem sufficere posse credamus. nisi fu-
erit huic anime quoq; ieiunū copulātū.
Habet nanq; et illa suos noxios cibos. quib; im-
pinguata ad luxurie p̄rupta deuoluit. Detractio
cibi est eius et quidem persuasus. Ita etiam c. b;
est eius. licet minime lenis. Inuidia cibi est men-
tis. virulentis eaz succis corūpēns. et p̄sp̄ritate
alieni successus iugiter misera. n̄ exercuare nō de-

sinens. Cenodoxia delectabil' eque esca permulc;
post vero vacuam omiq; virtute spoliata reddidit.
Igitur est cibus eligendus. non tantū qui concu-
piscētie flagrantē estus temperet. minūq; succē-
dat. verumetiam qui ad parādū sit facilis. et ad co-
medendum oportunitior. vilioris p̄cij compendi-
on prestet. quiq; sit conuersationi fratrum usiq;
cōmunis. Triplex enim est natura castri margie.
Vna que canonicā refectionis horā p̄uenire com-
pellit. Alia que cātūmodo venteris inglutie et sa-
turitate quarūlibet gaudet escarū. Tercia q̄ accu-
ratōrib; epulis. et esculentioribus delectatur.
Cū egipti p̄uinciam petissemus. ibiq; nos tanta
alacritate cordis suscipi miraremur. ut n̄ la proz-
sus vsq; ad p̄stitutā ieiunū horā refectionis regu-
la seruare. s; absq; legitis q̄rte sexteq; ferie. quo-
cūq; pergebam? quotidiana statō solueretur. qui-
dam seniorū percūctantib; nobis cur ita indiffe-
renter apud eos p̄terirentur quotidiana ieiunia.
respondit. Ieiunium semper est mecū. uos autē me-
cū iugiter tenere n̄ attero. Quidem seniorū cum
reficientē me ut adhuc paululū quid edere horta-
retur. iamq; me dixisse non posse. respondit. ego
iam sexies diuersis aduenientibus fratrib; mēlas
posui. hortansq; singulos cū omnib; cibū sumpe-
si. et adhuc esurio. et tu p̄mitus nunc reficiens iā
te dicis non posse. Itaq; ut norunt aduentu fratrum
indifferenter soluere quotidiana ieiunia. ita disce-
dentibus eis refectionem ab illos indultam conti-
nentia maiore compensant. Vidimus senem mach-
etem nomine hāc a domino gratiā diuturnis p̄s-
cibus impetrasse. ut quotquot dieb; ac noctibus
agitaretur collatō spiritualis. nunq; somni corpo-
re penitus laxaretur. Si quis vero detractionis
verbum seu ociosum temptasset inferre in somnū
protin; cōcidēbat. ac ne vsq; ad aurium quidē ei
us pollutionem uirus obloqui poterat peruenire.

XXVIII De continentia et caritate

Ex libro sexto

Aliud est continentem esse. id est. euka-
raten. aliud castum. et ut ita dicam i ef-
fectū integritatis uel incorruptionis trā-
sire quod dicitur agon. Que virtus illis
tribuitur maxime. qui virgines uel mente uel car-
ne perdurant. ut vterq; iohānes in nouo testamē-
o. in veteri quoq; helias. hieremias. daiel. fuisse
noscentur. In quorum gradu hi quoq; reputant.
qui post experimenta corruptionis. ad similez pu-
ritatis statum per laborem longū et industriā in-
tegritate mentis et corporis peruenerunt. et acu-
leos carnis non tam impugnatione cōcupiscentie
turpis. q̄ nature cātūmodo sentiunt motu. quem
statum dicimus difficile posse inter hoīm turbas
apprehendi. Ceterum continentēs multos existere
non dubitamus. qui impugnationez carnis quaz l'
raro uel quotidie sustinent. seu metu gehēne seu
desiderio regni celozum compescunt. Quos seni-
ores sicut p̄nunciant posse non penit? incēntiis
obruī viciorum ita securos et insaucios semp exis-
tere non posse definiunt. Necesse est enim unū. quē
q; in colluctatione positum. q̄muis frequē adū-
sarium uincat ac superet. et ipsum tamen aliquan-
do turbari. Quodāmodo enim exire de carne est i
corpore cōmorantem. et ultra naturam est fragili
carne circūdatum carnis aculeos non sentire. Nul-
la etenim uirtute taz p̄p̄re carnales hoīes sp̄ialib;
angelis imitatione cōuersationis equat. q̄ merito

et gratia castitatis. Cuius puritatis evidens hoc erit indicium. si vel nulla imago illiciens nobis in soporem laxatis occurrat. uel interpellans nullos concupiscentie motus valeat excitare. Licet enim ad plenam peccati noxam talis commotio minime commutetur. tamen nec dum perfecte mentis indicium est. nec ad purum excocti vicij manifestatio. cum per fallaces imagines huiusmodi operatur illusio. Qualitas enim cogitationum que in distentionibus dici negligentius custoditur probatur quiete nocturna. Et idcirco cum intercesserit aliqua talis illusio non culpa somni credenda est. sed negligentia temporis precedentis. et manifestatio morbi latentis ininsecus. ut solent male quoque valitudines corporum. non ea colligi tempestate in qua videntur emergere sed negligentia sunt preteriti temporis acquisite. quo passus quis imprudenter escis salutari contrariis noxios humores sibi met letalesque contraxit. Quobrem illi precepti iugiter meminisse debemus. omni custodia serua cor tuum. Fere sancti basilij cesariensis sententia. et mulierem inquit ignoroz. et virgo non sum. Intantum intellexit in corruptionem carnis. non tam in mulieris esse abstinentia. quam in integritate cordis. Igitur ut illusiones bene dormientibus quidem nobis surripere valeant. equale moderatumque semper est tenendum ieiunium. Quisquis enim mensuram districtiois excedit. necesse est ut modum quoque remissionis excedat. nunc quidem nimia inanitate defectus. nunc autem cibo pensiore distentus. Deinde iugis humilitas ac patientia cordis est adhibenda aduersus iram vel ceteras passiones. Vbi enim furoris insederit virus. libidinis quoque necesse est incendiū penetrare. Ante omnia vero peruigil. necessaria est sollicitudo nocturna. nam sicut puritas et custodia diei nocturnam preparent castitatem. ita nocturne vigilie cordi pariter et obseruationi diurne. statum solidissimum. roburque premitunt. **XXIX. De auaricia et proprietate monachi. Ex libro septimo.**

Uerius nobis conflictus est aduersus filargiriam. id est. amorem pecuniarum. siue contra peregrinum bellum et extranaturam. Cetera namque viciozum incitamenta humane inserta nature. et quodammodo inuisceata carni. prope modum coeua natiuitati. discretioem boni mali que preueniunt. et licet prima arripiant hominem longo tamen labore vincunt. Hic vero morbus posterius superueiens. et extrinsecus accedens anime quanto facilius caueri potest ac respui. tanto neglectus et inermis semel cordi. fit perniciosior cunctis difficultibus appellitur. Malorum omnium radix efficitur. Igitur cum remissam tepidamque profederit monachi mentem. quosdam velut rationabiles ei colores ob quos uel seruare sibi aliquid pecunie debeat uel parare describit. Nam ex ea que prebenet in monasterio queritur non esse sufficientia. et sano robustoque corpore vix posse tolerari. negligentiam erga egrotantes maximam. si proprium aliquid non fuerit quo cura corpori valeat adhiberi misere esse moriendum. Itaque cum huiusmodi cogitationibus laqueauerit mentem. quodlibet unum saltem denarium acquirere possit excogitat. Cumque illi hoc ex voto cesserit audior fames auri accrescit. Cum pecunie incremento rabies cupiditatis auget. Tum deinceps vita longeva premititur. senectus incurua. infirmitates diuersae atque prolixae que nisi maior summa in iuuentute fuerit preparata. tolerari in senecta

non possunt. Itaque infelix anima sempiternis nexibus obligata. nichil aliud respicit cordis inuitu. quam unde pecuniam parare valeat. per quam possit de monasterij disciplina quociens euolare. nullam exhibens fidem ubi potuerit numeri spes aliqua resfulgere. Pro hac non mendacii non periurii. non furti facinus admittere perhorrescit. non fidei frangere. non iracundie noxio furore suppleri. fitque per omnia sicut aliis venter ita huic aurum et spes lucri pro deo. Nullam deinceps humilitatis. caritatis obedientie. non dicam virtutem sed ne vmbrae quidem retinere contentus. indignatur ad omnia. et ad singula opera murmurat atque suspirat. Nec uictu quotidiano. nec solito indumento contentus nisi se diutius hec toleraturum esse testatur. deum quoque non ibi solummodo esse proclamatur. nec salutem suam in illo tantum loco esse conclusam. Itaque instabilitatis sue habens viaticum numeros. insolenter ad omnia precepta respondet. et tanquam peregrinum extraneumque se gerens. quecumque indigentia correctioe perspexerit contemnit. Cumque furtim possideat pecuniam. nec calciamenta quidem ac vestimenta se habere conqueritur. daturque sibi tardius indignatur. Deinde occasiones quibus offendi vel irasci debeat studiose perquirat. ne leuiter motus de cenobii disciplina videatur exire. Nec solus tamen transmigrare contentus. ne tanquam suo uicio deseruisse creditur. quantos potuerit susurracionibus clandestinis deprauare non desinit. Discessus solacium. et excusationem leuitatis. non se aliter credens quam nota uel macula monasterij reperiturum. **XXX. De tribus eiusdem vicij speciebus.**

Uriplex itaque est huius ualitudinis morbus. cuius exempla in scripturis sanctis inuenimus. non leui pena fuisse damnata. Nam giesi ea que nec antea quidem possederat uolens acquirere. non modo gratiam prophetie possidere non meruit. quam per successionem uelut hereditariam a suo habuit magistro suscipere. uerum etiam econtrario eterna lepra sancti heresei maledictione perfunditur. Judas uolens resumere pecunias quas antea christum secutus abiecerat. non solum ad prodicionem domini lapsus. apostatice perdidit gradum. sed etiam uitam ipsam biothanthi morte conclusit. Ananias et saphira reseruatam partem quandam ex his que possederant. apostatice ore morte mulctantur. Alii uero auaricie occasione domini sententiam corumpere. atque ad suum desiderium gestunt deprauare. nec suam uitam nec intellectum scripturarum sensui coaptantes. sed uim scripturarum pro desiderio sue libidinis inferentes. consentire eas suis opinionibus uolunt. Autemque scriptum esse Beatius est magis dare quam accipere. Cuius interpretatione puissima eneruata domini putant illam esse sententiam. qua dicitur. si uis perfectus esse uade et uende omnia que habes et da pauperibus etc. beatiore scilicet se pronuntiantes. si pristinis suffulti substantijs. alijs quoque de earum superabundantia largiantur dum erubescunt pro christo gloriosam cum apostolis suscipere ueritatem. Itaque si agonem spiritualem certare legitime cupimus. hunc quoque perniciosum hostem a cordibus nostris extrudamus. Quem quantum superare non magne uirtutis est. tantum ab eo uinceri ignominiosum plenumque dedecoris. Respice iudam. cum ob hoc oculos dispensationi pauperum deputatos. sibi creditos accepisset. ut saltim pecuniam

abundantia satiat. concupiscentie sue morum imponeret. in tantum fomitem cupiditatis exarsit ut iam non loculos clanculo compilare. sed ipsius domum venundare maluerit. Vniuersas enim diuitiarum moles cupiditatis huius exupat rabies. Denique princeps apostolorum ananiam et saphiram quod sibi quippiam de sua facultate reseruauerant morte multauit. Quanta in hoc quoque facioris ac supplicij similitudo concurrat. Ibi namque filargiria prodicio. hic falsitas sibi secuta est. Ibi veritas prodicio hic mendacii crimen admittitur. Ille refugies paupertatem resumere que abiecerat occupauit. hi ne fierent pauperes de substantia sua retinere temptauerunt. Itaque si in eos qui non alienas occupauerunt substantias. sed propriis perire temptauerunt. processit tam seuera sententia quod censendum de his qui nunquam possessa cupiunt aggregare. et nuditatem coram hominibus preferentes. affectu concupiscentie coram deo diuites comprobant. Constituit in agro atque operatione virtutum substantia mundi qua te in nuccias spoliasti. quod recurrens nitentis reuestiri. Si vero paupertate presentis uentus nihil quod dimitteres habuisti. multo magis acquirere non debes quod antea non possedisti. Ob id enim ita domini beneficio preparatus es ut expeditior ad eum nullis pecuniarum laqueis impeditur accurreres. XXXI.

De ira. perniciofa et salubri ex libro octauo.

Quartum certamen est ira. Omnis inquit ira et indignatio et clamor et blasphemia tollat a uobis. Cum dicit omnis ira. nullam penitentiam velut necessariam et utilem nobis excipit. Delinquentem fratrem si necesse est. ita quisque curare festinet. ut dum medellam leuiori forsitan febricula laboranti procurat inferre. non semetipsum iratus deteriori morbo cecitatis inuoluat. Operetur namque aliquando qui alteri uulneri mederi cupit. omni languoris morbo alienum subsistere. Qualibet ex causa iracundie motus efferuens execat oculos cordis. et acuminem visuum exitialem ualidioris morbi ingerens trabem. solem iusticie non sinit intueri. Habemus sane ire ministerium satis modeste nobis inferum. ad quod solum eas recipere utile nobis est ac salubre. cum contra lasciuientes cordis nostri motus indignantes inremimus. et ea que agere confundimur coram hominibus vel proloqui in latebras ascendisse nostri pectoris indignamur. angelorum scilicet ac dei ipsius presentiam ubique trementes. Vel certe cum contra hanc ipsam iram. cur a nobis aduersus fratrem irasperit commouemur. et iam letales instigationes eius exrudimur. Talis irasci docet nos propheta. Irascimini inquit et nolite peccare. Ille etenim cum aqua de cisterua bethleem concupisset eamque a uiris fortibus per medias hostium cateruas suscepisset allatam proximus effudit in terram et ita voluptuosam concupiscentie passionem iratus extinguens. libauit eam domino. et cupiditatis sue desiderium non expleuit. dicens. Propicia sit michi deus ne faciam hoc. Nam sanguinem istorum qui profecti sunt et animarum periculum non bibam. Vel cum uellet ab isai conciuicij regalis ultione truncatione capitis explere. dauid indignatione pia commotus. humilitatis modum et patientie rigorem incoussa lenitate seruauit dicens. Quid michi et tibi dicit. Iubemur itaque irasci salubriter. sed non bismetipsis ac suggestionibus propriis. Aduersus eos in quos commoti fuerint rancorem animi reseruantes. negant quidam se uerbis irasci. sed re ipsa et ope

re indignari comprobant. Nam neque congruo sermone eos compellant. nec affabilitate eis solita colloquuntur. Et eo se minime delinquere putant. quod uindictam sue commotionis non expectant. Quam tamen quia profere palam et exercere aut non audent aut certe non possunt. in suam perniciem uirus in a cordie reuoluentes. concoquunt eam in corde. taciti ac silentes in semetipsis consumunt. amaritudinem tristicie non uirtute animi proximos expellentes. sed diuergentes processu dierum. et utrumque pro tempore mitigantes. quasi uero in effectu operis solummodo sit iracundia moderanda. et non potest ab archanis nostri pectoris eruenda. et tenebris illius obscurati nec consilij salubris nec scientie lumen admittente. sed nec templum spiritus sancti. habitante in nobis spiritu nequam. ualeam? existere. Cohibet enim in corde furores. astantes quidem homines non offendit. sed eque spiritus sancti splendissimum iubar ac si prolatum excludit. Aut quemadmodum uel ad mortuum uult eam dominus retentari. qui nec sacrificia quidem spiritualia orationum nostrarum permittit offerri. si uel alium contra nos aliquid rancoris habere cognoscimus. Non enim ita nostris obsequiis omnis omnium dominus delectatur. ut quod in uno acquirit perdat in altero. dominante tristitia. In cuius libet namque dispendio unum patitur detrimentum. qui eodem modo omnium famulorum suorum salutem desiderat et expectat. et idcirco eque habente aduersus nos fratrem inefficax est oratio nostra. ac si nos aduersus eum indignationem reseruemus. Sed quid diuini preceptis euangelicis atque apostolicis imoratur. cum etiam uera lex que aliquid remissionis habere uidetur hec eadem precaueat dicens. Ne odas fratrem in corde tuo. Et iterum. Non eris memorem iniurie. Non solum iniurie retributio. sed etiam ipsa memoria radicatus iubetur euelli. XXXII.

De illis qui pro superbia uel impatientia solitudinem requirunt.

Interdum superbia uel impatientia superbi. cum in cordibus moros nostros nolumus emendare. solitudinem nos desiderare conquerimus. tanquam ibi nullis nos concitatis. illico uirtutem patientie repturi. excusantes negligentiam nostram. causamque commotionis. non nostra dicentes impatientia sed fratrum uicio generari. Dumque in alios errorem nostrum uergimus. causas non pro ad patientie ac perfectionis calces ualebimus puenire. Summa igitur emendationis ac tranquillitatis nostre non est in alteri arbitrio collocanda quod nostre non subiacet potestati. quia ut non irascamur non debet ex alterius perfectione sed ex nostra uirtute descendere. que non aliena patientia sed propria longanimitate conquirunt. Porro heremum perfectos omnique uitio cuantos oportet expectare. et excoctis ad purum in congregatione fratrum uiciis. noui pilaminitatis perfugio. sed diuine contemplationis obtentu intrare que non nisi in solitudine a perfectis solummodo poterit apprehendi. Quocumque enim uicia incurata in heremum detulerim. opera in nobis et non abolita sentientur. Solitudo namque sic nouit emendatis moribus contemplationem purissimam reserare. ita eorum qui minus emendati sunt. uicia non solum seruare uerum etiam exaggerare consueuit. Tandemque sibi patientis quis uidet et humilis. donec nulli hominum commiscetur consortio. ad naturam pristinam mox reuertitur. cum interpellauerit cuiuslibet commotionis occasio. Emergunt quippe

ex eo confestim uicia que latebant et uelut equi i frenes certatim e suis repagulis ocio longiore nutriti acris ad perniciem aurige proprij ferocius qz prorupunt. Magis enim exercitio usuqz humano cessante efferuntur uicia in nobis nisi fuerit a tea purgata ipsamqz umbrā paciētie quā posside re imaginaie per mixti fratibus saltem pro eorū reuerētia et nota publica uidebamur. Desidia securitatis amittim? Quasi uero uniuersa uirulenta serpētium genera uel ferarum euz suis in cubilib? immozantur pronūciari possint innoxia quia nulli nocent. hoc enim eis non affectus bonitatis s; necessitas solitudinis confert. XXXIII.

Q nec etiam contra insensibiles creaturas iras Deoqz perfectionē qrentib? ci liceat non sufficit contra hominem non irasci Memimus enim in solitudine commorantib? nobis contra calamū cum aut crassitudo eius aut exilitas displiceret. cōtra ue scalpellum cū incendia hebeti acie segniter execaret. ita indignationis irrepsisse motum. ut non alias per turbationem mentis qm uel contra insensibiles materias. ul' certe aduersus dyabolum maledictione prolata digere atqz euaporare possem? Quāobrem ad perfectionis rationem non satis prodeit abeē homines. in quos ira moueamur. cū etiā erga res mutas exerceri possit. nisi forte in eo pute mus cōmotionibus nostris aliquod remediū cōparari. qz maledictionib? uel iracūdie nostre minime res inaiate respondeāt. et intempantia cordis nostri ad maiorem nequaqz prouocēt insaniā. Quapropter si illam sūmā diuini premij cupim? adipisci d qua dicitur. beati mundo corde quoniam ipsi deum uidebunt. non solum e nostris actiōnibus hec amputanda est. sed etiam de internis anime actibus radicitus extirpāda. Radices enī uiciorum potius excidi precipiuntur. qz fructus a domino. qui non solum pro operatōnis effectu sed etiam pro uoluntatis desiderio uniuicūqz aut pmium reddit aut penam. secundum illō. Ego autē opera eorum et cogitatōnes uenio ut congregem. In eo autem quod in quibusdam exemplarib? inuenitur. qui irascitur fratri suo sine causa re? erit iudicio. superfluum est ab his adiectum qui amputandam iram pro iustis causis minime putauerunt. qui propositum non intellexerūt scripture uolentis fomitem iracundie omnimodis amputare. finis enim paciētie nō irascendo iuste sed penitus non irascendo consistit. Cuius morbi hec erit medicina perfecta. ut primitus credamus nullo modo siue iustis siue iniustis ex causis nobis licere irasci. scientes nos discretiōis lumen et iusticie moderamina protē? amissuros si pncipale cordis nostri eius fuerit tenebris obscuratum. tū de inde puritatem mentis nostre mox perturbādam templumqz eam spūssancti effici omnino nō posse. iracundie in nobis spiritu cōmorante. Postremo ut cogitemus neqz licere nobis ozare nec iratos fundere preces ad deum. Et pre omnib? incertum statum conditionis humane pre oculis habētes. quotidie nos credam? e corpore migraturos.

XXXIII. De tristitia pncipiosa et salubri Ex libro nono.

Q uinto nobis certamine edactis tristicie stimuli retundendi sunt. que si passim per singulos incursum. et incertos ac varios casus. obtinēdum animuz nostrum

46

habuerit facultatem. ab omni nos sepat diuine cōtemplationis intuitu. non orationes explere cum solita cordis alacritate permittit. non sacrarū lectionum finit remedijs incubare. tranquillum quoqz ac mitem cum fratribus esse non patitur. et ad cūcta operationum uel religionis officia impatiētez et asperū reddit. Sicut enim timea uestimto et uermis ligno. ita tristitia uiri nocet cordi. Nōnunqz i ze precedentis uicio subsequi seu cōcupiscētie lucri ue cuiusdam mim? adepti generari solet. cū se harum rerum spe mente concepta quis uiderit excidisse. Interdum uero etiam nullis existentibus causis. inimici subtilis instinctu tanto repente merore depremimur. ut ne caroz quidem ac necessariorum nostrorum aduentum solita suscipere. affabilitate possimus. uel quidquid ab eis cōpetēti fuerit confabulatione prolatum. importunum nobis ac superfluum iudicetur. nullaqz a nobis redatur eis grata respōsio. uniuersos cordis nostri recessus felle amaritudinis occupante. Vnde manifestissime comprobā. non semper nobis alioū uicio cōmotionū stimulos excitari. sed poti? nostro. qui reconditas in nobismetipsis habemus. ofensionum causas. ac seminaria uiciorum. que euz mentem nostram tempeationum imber aluerit in germina confestim fructusqz prorupunt. Nunqz enim quis alterius uicio lacessitus peccare cōpelleur. si repositam materiam delictoz in suo corde non habeat. Nec tunc subito quispiam decept? esse credendus est. cum inspecta mulieris forma i baratrum cōcupiscētie turpis inciderit. sed potius occultos ac latentes medullitus morbos. occasione uisus in superficiē tunc fuisse pductos. Ideoqz perfectio cordis non tam sepatatione hominuz qz paciētie uirtute conquirē. que firme possessa sicut potest nos etiam cū his qui oderunt pacem pacificos conseruare. ita si parta uel nacta nō fuerit. et ab his qui perfecti ac meliores nobis sūt facit iugiter dissidere. Occasiones enim cōmotionū ob quas eos quibus iūgimur deserere festinamus in conuersatione humana deesse non poterunt. et idcirco tristicie causas ob quas a poribus separamur. non euadim? sed mutamus. Procurandum itaqz nobis est ut nostra poti? emendare uicia festinemus. que proculdubio si fuerint emendata. et tunc non dicam cum hominibus. sed etiam cū seīs et beluis facillime nobis conuenit. secundū illud. Bestie terre non uerebimur. Extrinsecus enim uenētia pacata erunt tibi offendicula. si in nobis in tus radices eorum recepte. insertaqz fuerint. pax enim multa diligentibus nomen tuum. et nō est ill scandalum. Est enim aliud detestabilis? tristicie genus. quod despationem anime iniqz delinquenti. Quod nec chaim fecit post fratricidiū penitere. nec iudam post traditionem. Sed illa tristitia que penitentiam ad salutem stabiliri operatur. obediens est. affabilis. mansueta. hūilis. ac paciens. ut pote ex dei caritate descendens. ad omnem dolo rem corporis ac spiritus contritionem infatigabiliter semetipsā deliderto pfectionis extendens et quodāmodo leta ac spe profectus sui uegetata. habens omnes in se fructus spūs. quos enumeat apostolus. Hec uero seculi tristitia est asperissima impatiens. dura. plena rancore. et merore fructuoso. Quapropter absqz illa que uel p saluari penitentia uel pro studio perfectionis seu p desiderio suscipitur futuroz. omnis tristitia tāqz sedē

et que inortem inferat equaliter repellenda est. si
cut fornicationis spiritus. seu filargirie vel ire.
Hoc enim modo vniuersa tristitiarum genera va
lebimus superare. cum eternarum rerum ac futu
rarum intuitu semper leti. nec casib? deiecti p̄sen
tibus. nec prosperis fuerimus elati. vtraq; velut
caduca et mox transeuntia contemplantur.

XXXV. **De tedio vel accidia.** Idem ex li
bro decimo.

Sextum nobis certamen est conera acci
diam siue tedium siue anxietatez cordis
Affinis hec tristitie. ac solitariis magis
experta. Que cum miserabilem obsede
rit mentem. horrorem loci. fastidium celle. fratru
quoq; qui cum eo vel eminus cōmorantur. tanq̄
negligentiam ac minus spūaliū aspersionem
gignit. ad omne quoq; opus quod intra septa sui
cubilis est facit desidem et inertem. ab omni se do
let spūali questu inanem in loco vacuumq; cō
sistere. vtpote qui cum posset etiam alios regere.
ac prodesse plurimis. nullum edificauerit nec quē
q̄ institutione sue doctrine lucratus sit. Absētia
longeq; posita magnificat monasteria. consortia
quoq; ibidem suauia. et plena spūali conuersa
tione depingit. Econtra vniuersa que habentur i
manibus aspera. vt nulla re alia tante oppugnati
onis remedium. q̄ visitatione fratris cuiuspiam.
seu somni solatio posse estiet iueniri. Deinde fug
gerit salutationes exhibendas fratribus. visitati
nesq; infirmorum. parentes inquiri salutandos. il
lam religiosam deuotamq; deo feminam omni p̄si
dio destitutam frequentē inuisere. magisq; opoz
tere i his operam pietatis impendi q̄ sine ullo p̄
fectu in cellula recludere. Agitur itaq; infelix ania
talib? inicozū machis accidie spū velut ariete va
lidissimo fatigata. hoc quo vitatur ad p̄ns remedio.
paulopost acris infirmanda. frequētē enim ac du
rius aduersarius atemptabit. quem cōserto p̄
lio p̄biturum cōminis sibi terga cognoscit. salu
temq; sibi non de victoria. nō de flictu. sed de fu
ga sperare preuidet. donec paulatim protract? a
cella. actum sue p̄fessionis incipiat obliuisci. q̄ n̄
est ali? q̄ cōtemplatio diuine puritatis. que nō a
libi potest nisi in silentio et iugi celle perseuerātia
ac moderatione perquiri. atq; ita milicie sue fugi
tiu? effectus implicet se negocijs secularibus. et
cui se probauit minime placitur? Itaq; instabilez
eum de cetero reddet ac vagum et ad omne cpus
desidē. nichilq; aliud protuzare q̄ vbi quo ve co
loze occasionem refectioni future valeat p̄parare
mens enim ociosi nichil aliud cogitare nouit q̄ d̄
escis ac venere. Et necesse est eū inonestum esse.
dum necessaria vict? requirit. adulationi quoq;
operā dare. nouitates etiam rumorū sectari. cau
saru fabularūq; occasiones cōquirere. per quas si
bimetip̄i aditū pareat ac facultatē qua diuersorū
domos valeat penetrare. XXXVI. **De hu
ius vicij remedio quod est labezis exercitium.**

Uerum si ille qui euangelium predicabat.
signis illud virtutibusq; cōmendās. ne
grauaret quēpiam. gratis panem mādu
care non audebat. quo modo illi nō est
ment se grauare. qui quotidie eum ociosi vacatē
q; p̄sumunt. In actibus etiam aplorū graue nobis
sue conuersionis reliquit exemplū cum se non so
lum id operatū esse testatur quod necessitatez sui
corporis expediret. sed etiam quod vlt? eorum

qui secum erant posset sufficere. Et hoc ipsum dī
cit esse mādatum domini qm̄ ipse inquit dixit. Be
atius est magis dare q̄ accipere. Hec est autē imp
tientis beator largitas. q̄ accipiētis penuria. que
non de pecunia per infidelitatem vel diffident a;
re seruata. nec de reconditis auaricie thesauris im
peditur. sed que d̄ fructu operis pp̄rii et pio su
dore profertur. Et duplici gratia decorat. q̄ et p̄
fectā nuditatem christi vniuersarum rerū suarū
abiectione possideat. et inunificentiā diuitis labo
re suo exhibeat et effectu. Hic quidē honorat de
um de suis iustis laboribus. et delibat ei d̄ fructū
b? iusticie sue. ille vero ocij corpore reolutus et
inertia. indignum se esse etiam cibo panis aposto
li probat sententia. dum contra eius scilicet inter
dictum ociosus eum non sine reatu peccati cōtu
macieq; p̄sumit. Nec merebitur icorruptōis uesti
mento ornari. quisquis somno ocij vel accidie so
pat? n̄ industrie sue labore sed inercie p̄is icopiā o
piri maluerit. quos abscondēs de plenitudine scrip
turarum. non uestimentū decoris. sed ignominio
sum excusationis velamen sue coaptrauit ignauie
Solent enim hac segnicie dissoluti. nolētes opere
manuum suarū sustentari. quod aposto! idē
ter exercuit. vel nobis exercere p̄cepit. quibus
dam vti testimonijs scripturarū. q̄bus inercie sue
velamen imponāt dicentes scriptam esse. Opami
ni non cibum qui perit. Et meus cib? est. vt faciā
voluntatem patris. In desiderijs est omnis ocio
sus. et ad extremum multa mala docuit ociositas.
Nec est apud egiptum ab antiquis patrib? s̄cta
sententia. operantē monachum demone vno pul
sari. ociosum vero inumeris spiritibus deuastari.
Deniq; abbas paulus p̄batissimus patrū cum in
heremo vastiore consistens. que porphirion nūcu
patur. palmarū fructibus et orto modico secur?
haberet sufficientem alimonie substantiā. nec pos
set aliquid aliud vnde sustentaretur opis exerce
re. eo q̄ ab opidis uel habitabili terra septem mā
sionibus separaretur. uel eo amplius deserti illi?
habitatio. plusq; expeteretur pro mercede vectu
re q̄ ualere posset precij operis defudari. collec
tis palmarum folijs quotidianum p̄sum uelut ex
inde sustentandus a semetip̄so iugiter exiebat.
Cūq; opere totius animi ancrū eius fuisset imple
tum. supposito igne cōcremabat. intātum probās
sine opere manuum nec in loco posse monachum
perdurare. nec ad perfectionis culmen aliquādo
conscendere. vt cum hoc fieri nequaq; necessitas
uictus exigeret pro sola purgatione cordis et co
gitationum soliditate. ac perseuerātia celle. uel ac
cidie ipsius uictoria et expurgatione perficeret.
Cum incipiens in heremo cōmorari abbati moysi
omnium sanctorū sūmo dixisse me egritudine ac
cidie confectum ad abbatem paulum p̄tinus cu
currisse. ille te non ait ab ea liberafisti. sed magis ei
debitum ac subditum p̄buisisti. Grauius enī te
vt desertorem ac fugitiuum deinceps aduersari?
impugnabit quez de conflictu supatum p̄tin?
aufugisse conspexit. XXXVII. **De mani
gloza spūali et occulta.** Ex libro vndecio.

Sextimum nobis certamen est cōtra spū
ritum cenodoxie multiformem atq; sub
tilē. Tātoq; est perniciosior ad cōflictu
q̄nto obscurior ad cauendum. Qui cuz
pro elatione carnali pulsauerit mentem. et fuerit
responsonis scuto repulsus. rur? p̄iore habitu

lib
personarum mutata. sub virtutum specie victorem iugulare peremptat. Ex omni parte bellatoz occurrens. et in habitu et in forma. in incessu. in uoce. in opere. in vigiliis. in ieiuniis. in oratione in deuotione in lectione. in scientia. in taciturnitate in obedientia. in humilitate uulnerare militem xpi conatur. Na cui sub specie succin. Te uelut ac nitide cenodoxiam non poterit generare. in squalida et inculta conatur inserere. Quem non potuit per honorem deicere. humilitate supplantant. Quez scientie et locutionis ornatu nequiuit extollere. grauitate taciturnitatis elidit. Si ieiunet in palam. gloria uanitatis pulsatur. sed si illud contentende glorie causa contexerit. eodem uicio e latioris obtunditur. Ne uane glorie contagio maculetur. orationes prolixius sub fratruz uitat celebra re conspectu. et q cas latenter exercent. non effugit aculeos uanitatis. Pulchre seniores naturam morbi huius in modu cepe bullozum qz describit que vno decoziata tegmine alio rursus inueniuntur induta. totiens qz reperiuntur obiecta quotiens fuerint expoliata. In solitudinem quoqz cunctoz mortaliu consortia glorie causa fugietē persequi non desistit. quantoqz amplius quis uita uerit mundum tanto eum acius insequitur. Omnia uicia supata marcescunt. et vel in loco uel tempore in uia atqz deseruent seu cte a perarijs uirtutibus dissidentia uel cauentur facilius uel uicitur. hoc uero deiectum acius resurgit ad lucta et cum putatur extinctum sua morte uiuacius conualescit. Nec loco nouit excludi. nec extrinsecus materie subtracta marcescere. Pestis hec uirtutibus inferta et aciei permixta. uelut in nocte ceca dimicans atrocior inopinatos decipit et incautos. Ita naqz ezechias uir in omnibus consumante iusticie. qui interfectionem centu octoginta quinqz milium de exercitu assiriorum angelo sub nocte testante una pce ualuit impetrare. qui post mortis die domini sententia p finitum. quindecim annis uite metas excedere una oratione promeruit. sole per decem gradus reuolente. duplicatum diem uniuerso orbi contra fixas nature leges prebuit. post tanta incredibilia signa. post tam imania documenta uirtutum successibus suis elusus est. ita ut uniuersis uirtutibus suis ac si non fuissent obliuioni traditis. iram confestim domini suscepisset. nisi eam resumpta humilitate placasset. XXXVIII.

De uana gloria carnali et huius uicij remedio
Olet etiam insipientium mentes. et eoz qui minus adhuc. uel uirtute animi. uel scientia profecerunt. aut propter sonuz uocis extollere qd scilicet modulati psallant. aut quid parentes diuites aut nobiles habeant. uel q militiam honoresqz contempserint. Interduz etiam dignitates et opes que forte nec apprehendi quidem aliquado potuissent persuadet que piam pefacile fuisse adepturū si perseuerasset in seculo. uana etiam spe de incertis inflans eū et de his que nūq possedit uelut qui ea contempserit gloria uanitatis extollens. Nonnunq clericatū gradū et desiderium psbiteriū uel dyaconatus immitit quem si uel inuitus fuisset adeptus. tanta expleturum sanctitate ac rigore depingit. ut ceteris quoqz sacerdotibus prebere potuerit sanctitatis exempli. deinde multos non solum conuersationis forma uerū etia doctrina sua sermoneqz lucraturū. Quapropter hec est antiquitus patrum sententia. mo-

nachum fugere debere mulieres et epos. ne uenit eum finit quem semel sue familiaritati deuixerit. uel quieti celle ulterius operā dare uel diuine theorie purissimis oculis inherere. Hanc multiformē bestiam tali remedio poterim euadere ut cogitates quia dominus dissipabit ossa eozū qui hominibus placent. pmitus nichil inanis glorie capiende gratia nos facere permittam. Deinde ea q bono micio fecerimus obseruatione simili custodire nitamur. ne laborū nostrorum fructū post irrepēs cenodoxie morbz euacuet. Et ea que nos possunt inter ceteros notabiles reddē. ac uelut solis facie tibus laus apud homines sit cōquirenda uitem. Consideremus non solū fructū laborū nostrorum nos penitus amissuros. quoscūqz cenodoxie proposito fecerim. sed etiam reos magni criminis factos eterna supplicia uelut sacrilegos soluturos. xpo te qui ad iniuriam dei opus quod ei obtentu nos oportuit agere hominū gratia maluimus exercere ab eo qui occultozum est cōsciū. hoies deo. et gloriam mundi glorie domini. pretulisse conuicti.

XXXIX. **De superbia spirituali qua temptantur perfecti.** Ex libro duodecimo.

Octauum quod et extremum aduersū spiritum superbie nobis certamen est. Qui morbus licet ultimus sit in cōsuetudine. origine tamen et tempore primus est. Seuis summa et superioribus cūctis imaior bestia. pfectos maxime temptans. Omne nanqz uicium suis ē terminis et fine contentum. et licet contristet alias quoqz uirtutes. contra unam tamen principaliter tendit. Hec uero subtilissima. capta arte uirtutum. uniuersam funditus ciuitatē dirigit. Et ut grauis sime tyrannidis eius potentiam cognoscamus. angelus lucifer splendorem sapientie et uirtutum pulcritudinem qua ornabatur gratia conditoris. nature sue potentia non illi beneficō se credidit ob timere. et ob hoc elat. infirmitatem proprie nature persentit. et beatitudinem qua dei munere fruebatur amisit. Hec fuit pzia origo pncipalis morbi qui rursus per illum qui fuerat a se deiectus. in prothoplastum serpens. infirmitates omnium uiciozum et materias germinauit. Quantuz est malum superbie. ut non angelum. non alias uirtutes sibi cōtrarias. sed ipsum deum aduersariū habere mereatur. Huius laqueum poterimus euadere. si in singulis quibus senserim. nos uirtutibus profecisse. dixerimus. non ego sed gratia di mecu Patrum sententiam proferamus. qui uiam pfectionis et qualitatem eius. non uerborum iactantia depinxerunt. sed experimentis propriis et exemplis cūctis tradiderunt. Ea qz ad hanc fidē se potuissent. q laborū merito testabantur. quibus etiam hoc acq̄sita puritas conferebat. ut magis magisqz se depmi peccatis agnoscerent. Nec blandientes sibi de inferiorum ac tepidoruz negligentia sed contemplatione potuissent illorum quos uere peccato carere. atqz in regno celozum iam eterna beatitudine perfrui nouerant. humilitatem perpetuā conquirebant. atqz ita consideratiōe hac et elationis ruīnam declinabant. et quo contenderent. ul quod dolerent semper inueniebant. Igitur secundum traditiones eozum. sic ad eam festinare obemus. ieiuniis. uigiliis. orationibus. cōtentione cordis et corporis operam dātes. ne hec omnia morbo hoc inflante uacuemus. Quia nec patres nri in gladio suo possederunt. terram. et bza. e. non

sal. e. sed dextera tua et brachiū tuū et illuminatō
 vultus tui. Postremo vniuersa beneficia eius mē
 te sollicita perlustrantes. non solum pro his ei gra
 tias referamus. q̄ vel rationales nos condidit
 vel baptis̄mi largitus est gratiam. vel scientiaz le
 gis concessit. sed etiam pro his que erga nos quo
 tidiana eius prouidentia conferuntur. q̄ scilicet
 ab aduersariorum nos insidijs liberat. q̄ a pericu
 lis nos etiam ignorantes p̄tegit. q̄ a lapsu pecca
 ti cōmunit q̄ adiuuat nos et illuminat. q̄ pro ne
 gligentis delictisq̄ nostris eius inspiratione la
 tenter cōpungimur. q̄ ab eo nōnunq̄ etiam inuiti
 trahimur ad salutem. Postremo quia liberum ar
 bitrium nostrum quod procliuū fertur ad vicia.
 ad meliorem dirigit frugez. Hec est proprie erga
 deum humilitas. hec est patrum sincera fides. sine
 qua nec pietas in deum. nec purgatio viciorū. nec
 emendatio mozum. nec virtutum cōsumatio pote
 rit apprehendi. Hucusq̄ de spūali superbia q̄ dixi
 mus p̄fectos quosq̄ pulsari dixisse sufficiat. Q̄
 genus non multis expertum est. q̄ nec plures stu
 dent perfectam cordis apprehendere puritatem.
 ut ad hos p̄teliorum gradus valeant peruenire.

**XL De superbia carnali et eius indicis ac
 remedijs.**

Queterum nos qui adhuc terrenis sumus
 passionibus inuoluti. nequaquā hoc mo
 do temptare dignatur. sed crassiore &
 carnali elatione supplantat. Hec igit̄ cū
 tepido ac male arrepto renunciacionis p̄ncipio.
 in monachi resederit mente. p̄imum inobediētē
 eum reddit et asperum. equalem fratribz fieri cō
 muneq̄ non sinit. spoliari etiam terrenis opibz
 non concedit. Et cum renunciacioni nichil aliud est
 q̄ q̄ quotidie credat se esse mortuum et econtra
 facit eum vitam spare longeuā. Super hec inicia
 male fundata necesse est ut vniuersa deinceps vi
 ciorum structura consurgat. Nec unq̄ potest in
 corde suo humilitatem christi suscipere. cum sibi
 uel de natalium nobilitate gloziatur. uel inflat̄ de
 seculi q̄ corpore non mente deseruit dignitate. uel
 de pecuniis ad ruinam suam retentis extollit̄. Ne
 ipsam quidem auribus suis doctrinam perfecti
 onis admittit. tantūq̄ concreuit in corde ei? spū
 alis verbi fastidium. ut cum forte talis fuerit ab
 orta collatō. vno in loco stare nesciat eius obit?
 sed huc illucq̄ stupidus circumferat̄. Pro spuris
 autem saluuaribz spurca de sicco gutture contra
 huntur. digiti ludūt. et in modum quidem scribē
 tis volitant atq̄ depingunt. et ita huc atq̄ illuc
 membra cōmouentur. ut se ul' scateantibus vermī
 bus vel acutissimis sudibz credat insidere. et q̄
fidem qua de dei ſpeciali gratia puritatis donuz
iugiter ſperare nos cōſueuit. eſce potuſq³ nimie
tas ē caſtigāda. quorū rōdūdācia huiusmōi humo
res p̄penſus gigni neceſſe eſt. qui q̄ cōcreti non
poſſunt nō egeri. ita ad nature ip̄i legem poſſūt
ppelli. ne ſub occaſione cuiuſcūq³ pruritus atq³ il
luſionis emergāt. In qua nobis caſtimonie purita
te fūdatiſ peccatū in nobis iam non dominaē. In
terioris enim forū ac pabulo puritatis ſūmiſtra
ri neceſſe eſt etiam exteriori homini caſtitatez. Et
ideo fatue ille virgines glorioſū ſponſi thalamuz
non meruerūt intrare. que integru ſpūm ſanctum
ſuū et animā et corpus ſine querela in die domini

non ſeruauerūt **CXV** **Q** a culpis venialib⁹
nemo p̄ter xpm ſit immunis.

Mltos quidem eſſe ſactos ac iſtos nega
re non poſſum⁹. ſed inter ſanctū et ima
culatū multa diſtātia eſt. Aliud eſt enim
eſſe quēpiam ſanctū. i. diuino cultui cō
ſecratū. hoc enim nomen non ſolū hominib⁹ ſed e
tiam locis et vaſculis templi atq³ lebetis ſcriptu
ra atreſtate cōmune eſt. Aliud eſt eſſe abſq³ pecca
to quod vnus domini noſtri hieſu xpi ſingulari
cōuenit maietaſti. De quo etiam aplū velut p̄
cipuū quid ac ſpecialē p̄nūciat dicens. Qui pec
catum non fecit. Hac ergo ſola ab hominibus no
bis exceptione diſtinguit. quia nos nō abſq³ pec
cato. illum ſine peccato cōſtat fuiſſe temptatum.
Quis etenim hoīm q̄uis fortis atq³ bellator ſit.
hoſtibus tamē telis plerūq³ non pateat. Quis ue
lut impenetrabili carne circumdatus. tantis p̄li
ozum periculis ſine piculo miſceat. Ille ſolus ſpon
ſus p̄ filiis hominū. cōditionem mortis hūane cū
vniuerſa carnis fragilitate ſuſcipiens. nulli⁹ ē un
q̄ ſordis maculat⁹ atactu. Ceterū iuſtos ac ſan
ctos uiros non imunes a culpa eſſe manifeſte ſcri
ptura p̄nūciat dicens. Septies in die cadit iuſt⁹
zc. Nec iuſticie eius p̄iudicat lapſus fragilitatis
humane. quia multū intereſt inter ſancti et pecca
toris hominis lapſū. Aliud enim eſt admittē mor
tale peccatū. et aliud cogitatione que peccato nō
caret p̄ueniri. vel ignorātie aut obliuinoſi agi
roz. aut facilitate ocioſi ſermonis offendere. aut
ad punctū in fidei theoria aliquid heſitare. aut ſ
tili quadam cenodoxie titillatione pulſari. aut ne
ceſſitate natura aliq̄ntiſp a ſūma p̄fectione recide
re. Hec enim ſunt. vii. lapſū genera in quib⁹ uir ſā
ctus licet nō nūq³ cadat. tamen iuſt⁹ eſſe nō deſi
nit. Aplozū eximi⁹ petrus. quid aliud credēdus
eſt fuiſſe q̄ ſactus. p̄ſertim quando ei a dño dice
batur. Beatus es ſimon bariona. Et tamē p̄ pau
lulum cum ignorās miſterium paſſionis. tate vri
litati humani generis inſcius obuiaret dicens. ab
ſit a te. merebat⁹ audire. Vade poſt me ſathanas.

Germanus. Quomodo ergo beato paulo que
ad ſūmum p̄fectionis culmen certum eſt p̄ueniſſe
illud poterit cōuenire q̄ dicat. non enim facio bo
num quod uolo zc. **Theonas.** Intranſem me tu
tiſſimum ſilentii portū ruruſ ad imenſū p̄fundis
ſime q̄ſtionis pelagus reuocare conamini. Sed hic
interi taciturnitatis anchorā iaciam⁹. ut eras ſta
tu p̄ſperi ſpūs explorato diſputationis vela pan
damus. **CXVI** **De excellentia et p̄ſpicuita
te vite cōtemplatiue.** **Ex libro ſexto.**

Reuerſa igitur luce ita affatus eſt. Quid
ſit p̄cipaliē bonum quod aplū nō po
tuerit p̄ficere cūz uellet diligent⁹ in
gemus. Eſt enim bona caſtitas. laudabi
lis cōtinentia. mirāda p̄udencia. larga hūanitas.
circūſpecta ſobrietas. modeſta tempantia. pia mi
ſericordia. ſancta iuſticia. Que omnia in aplō pau
lo eiuzq³ cōſozibus ita plena atq³ p̄fecta fuiſſe nō
dubium eſt. ut virtutū potius q̄ uerborū magi
ſterio ab eis religio docereē. Sed vna et ſola the
ozia. i. cōtemplatio dei cui merito omnia iuſtifica
tionum merita. vniuerſa virtutū ſtudia poſtpon
unt. et eius cōpatione ſuſcitantur. Bonū ergo hoc
ſūmum. i. dei cōſpectu ſui et chriſto iugiter inbe
rere. ut p̄fecte apl⁹ poſſit adipiſci diſſolui. optat
a corpore. quod caducū et multis fragilitatis ſue

necessitatibus impeditum non potest a seculi confortio penitus auelli. Quod enim tam primax factorum studium. quod tam arduum potest esse oppositum cui non aliquando ille versutus insidiator illudat. Quis ita solitudinis secreta sectatus est. ut nunquam cogitationibus superfluis laberet. Quis tam familiaris est deo tanquam coniunctus. qui aplicum illud imperium. quo sine intermissione orare nos precipit. vel vno die se gaudeat executum. Quelicet omnia nonnullis quae sunt grauiores viciis inuoluit leuia atque a peccato pene aliena videantur. scientibus tamen perfectionis bonum. etiam minimarum rerum multitudo grauissima est. multisque sibi maculis videtur aspergi. non dicam vane cogitationis inprobitas in atriis mentis irreperit. sed vel psalmi qui dicens est reconditio orationis tempore intentionem supplicantis auertit. Si enim inquit cum a quolibet sublimi homine non dicam pro vita ac salute nostra. sed etiam pro alicuius lucris comodo supplicamus. totam in eo mentis et corporis aciem defigentes de natura eius trepidam expectationem pendemus. non mediocriter formidantes ne quod forte inceptum aut incogitatum verbum misericordiam audientis auertat. tum deinde si nobis in foro constitutis assistente e contra aduersario in medio conflictu tussis. screeat. risus. oscitatio. somnus. obrepserit. quanta in principium nostrarum vigilatissimus inimicus seueritatem iudicis commouebit inuidia quanto magis cum illi occultorum omnium agnitori pro imminenti perpetue mortis piclo supplicamus. proferam cum e diuerso callidus seductor pariter et criminator assistat. intenta atque sollicita oratione iudicantis pietas imploranda est. Nec leui peccato astringitur. qui propter deo fides subito a conspectu eius quasi ab oculis non videtis nec audientis. cogitationis impube vanitatem secutus abscesserit. Illi autem qui oculos cordis sui contegunt crasso velamine viciorum. uix in recessibus peccatorum sui etiam illa que magna et capitalia sunt crimina contemplantur. et inuerecundis semper cogitationibus euagantes. nec dolere norunt cum illa contemplatione que singularis est distrahatur. nec habent quod se doleant amisisse. **CXVII** **Q**uia quae imperfectis inculpabilia videntur perfecti grauiora in se reputant.

Nec sane nos in hunc errorem causa precipitat quia a namarthei. id est impecante ipsi virtutem penitus ignorantes. existimant nullam omnino culpam ex istis occisus ac lubricis cogitationibus ex cursibus nos posse contrahere. sed hebetudine stupefacti. et velut cecitate percussi nichil in nobis nisi capitalia crimina contemplantur. eaque tantummodo credimus euitanda que legum quoque secularium seueritate danantur. a quibus si nos imunes vel paululum senserimus. nichil nobis esse peccati proximus arbitramur. Proinde ab illo uidentium numero segregati quia minutias multarum fordiarum que intra nos aggeste sunt non uidemus. nequaquam salubri conpunctione mordemur si sensum nostrum iter pellauerit egritudo tristitie nec dolemus vane glorie subtili suggestionem pulsati. nec de emissis tardius vel tepidius oratione deflemus. nec reputamus ad culpam cum psallentibus vel orantibus nobis aliquid aliud quam ipsa oratio vel psalmus occurrerit. nec illud horremus quod multa que vel loqui vel agere coram hominibus pudet. non erubescimus vel ad horam corde concipere quod diuino nouimus patere conspectui. nec feriri nos ullo credimus detrimento. cum derelicta memoria dei corpea cogitamus. ita ut no-

bis satis congrue salomonis illud aptetur eloquium. Ferierunt me sed non dolui. **E**ccontra hi qui summam totius voluptatis et gaudij et beatitudinis sue in diuinarum ac spiritualium rerum tantum contemplatione constitunt. cum ab ea vel inuiti vel paululum uolentis cogitationibus abstrahuntur velut quodam in se sacrilegij genus presentis penitendinis puniunt ultione. ac uilissimam creaturam ad quam sit detortus mentis intuitus creatori suo se pretulisse lugentes. pene impietatis sibi crimen ascribunt. et quidquam ab illo uerolumine mentis aspectum retrahit execratur. fastidiant ergo uniuersa in quibus mundus iste uersatur. Sed impossibile est ut non ad ea vel breui cogitationum rapiantur excessu. nullusque etiam nunc hominem ex cepto saluatore nostro naturalem purgationem mentis ita defixus semper in dei contemplatione contineat ut nunquam ab ea raptus mundane cuiusque rei delectatione peccaret. dicente scriptura. Sidera ipsa non sunt munda in conspectu eius. et inter factos eius nemo imutabilis. Cum ergo semetipsum quotidie sentiant facti terrene cogitationis pondere pergrauatos ac illa mentis sublimitate decidere. et inuitos imo etiam nescientes in legem peccati mortisque traduci. habent perfecto pro quibus ad deum iugiter in gemiscant. et in ueritate humiliati atque compuncti. ad gratiam dei que impios iustificat conuolantes. cum apostolo prestantur. Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius. **E**t contemplantur quidem legem dei secundum interiorum hominem. quae uisibilia uniuersa transcendentes conantur deo semper uniri sed uident aliam legem in membris suis. que repugnat legi mentis eorum. **V**ere enim lex peccati est quae humano generi per uariationem induxit. quia maledicta terra in opibus tuis. Que terra post agnitionem boni ac mali cogitationum spinas cepit ac tribulos germinare. quarum aculeis naturalia uirtutum semina profocantur. ne illum panem qui de celo descendit quiq; confortat cor hominis edere absque uile no stri sudore possimus. **CXVIII** **Q**ualiter hoc corpus mortis aggrauat animam.

Hoc ergo inuitabile corpus est mortis in quod perfecti quiq; qui gustauerunt quam suauis est dominus quotidie reuoluit. sentit cum propheta quod malum sibi et amarum sit discedere a domino deo suo. Hoc est corpus mortis quod a celesti eos intuitu retrahens ad terrena deducit. quod psallentes eos atque orationi prostratos vel humanas effigies uel sermones uel negotia uel actus facit superfluos retractare. Hoc est corpus mortis quod uolentes deo iugiter inherere perfectionem tamen huius boni quia mortis corpus obstitit inuenire non possunt. Sed faciunt malum quod nolunt. id est traducuntur mente etiam ad illa que ad perfectionem uirtutum non pertinent. Idcirco quotidianis suis spiritibus sancti omnes pro hac substantie sue fragilitate compuncti. dum cogitationum uarietates et conscientie latebras perscrutant. suppliciter clamant. Non in tres in iudicium cum seruo tuo. **E**t illud. Quis gloriabitur castum se habere cor. **E**t ita infirmam hominum imperfectamque iustitiam. ac misericordie dei semper indigentem indignam esse sentiunt. ut vno ex his cuius iniquitates et peccata deus misso de altari ignito uerbi sui carbone purgauit. post illam mirificam contemplationem dei. post intuitum sublimem seraphim. et reuelationem sacramentorum celestium dicat. **V**e michi quia uir pollutus labijs ego sum. **O**rans quoque non iniquorum tantum sed etiam

iusto et plebem generali supplicatione complectitur
dicens. Facti sumus ut imūdi omnes nos et Quis
quis itaq; ananiam et saphiram i. i peccatiā nature ascri
bit humane. non manib; verbis sed cōsciētie sue
nobiscū testimonio ac p̄batione cōfligat. et si qui
dem ut nō dicam āplius vnā sinaxim sine vlla uer
bi uel facti uel cogitationis interpellatione se de
p̄benderit celebrasse. absq; peccato se esse p̄nunci
et. Proinde quia his omnibus ociosis ac supfluis
rebus velocem humane mentis excursū facemur
carere non posse. p̄ hoc utiq; cōsequēter sine pec
cato nos nō esse veraciter cōfitemur. Quāto enī
magis p̄fecerit mens hūana. et ad sinceriorē con
templationis peruenerit puritatez. tanto se imū
diorem quasi per speculū sue puritatis inspiciet.
quia necesse est ut dum animus ad sublimiorē se
tendit intuitū. et maiora q̄ agit p̄spiciens concu
piscit. illa in quibus est ut inferiora semper ac vi
liora despiciat. Plura siquidem denotat sincerior
obtus. paritq; maiorem respensionis dolorem
irrephensibilis vita. et multiplicat gemitus atq;
suspiria emendatio morū et emulatio attenda uir
tutum. Nemo enim illo in quo p̄fecerit gradu po
test esse contentus. et quāto quis fuit mente pur
gator. tanto se sordidiorē videns magis humili
tatis q̄ elationis inueniet causas. Quātoq; p̄ma
cius ad sublimiora cōscenderit. tanto amplius p̄
uidet sibi supesse quo tendat Deniq; qui carnem
suā crucifixerūt cum uicijs et cōcupiscentijs et q̄
bus vere crucifixus est mūdus. cum de cordibus
suis non solum radicibus uicia uniuersa conuulse
runt. Verū etiā cogitationes ac memoriā peccato
rū conentē excludere. nichilomin; tamen quotidie
fideliter p̄fitemē. ne vna quidē hora sine macula se
posse esse peccati. **CXIX** **Q**uā p̄t venialia nō
oportet quēq; a sacra cōmunionē se subtrahē

Nec tamen ex eo debemus nos a domini
ca cōmunionē suspēdere quia nos agno
scim; peccatores. s; ad eā mag; ac mag; ē
p̄pter animi medicinā et purificationem spūs aui
de festinandū. Verū tamen ea hūilitate mentis ac
fide. ut indignos nos p̄ceptione tante gratie iudic
cantes. potius nostris remedia vulnerib; expeta
mus. Alio quī nec ann. uersaria quidē digne p̄su
menda est cōmunionē. ut quidā faciūt qui in mona
sterijs cōsistentes ita sacramentoz celestiuū digni
tatem et s̄ctificationem ac meritū metiuntur. ut
estiment ea non nisi s̄ctos et imaculatos debere
p̄sumere. et non potius ut s̄ctos mūdōsq; nos su
a p̄ticipatione p̄ficiant. Qui p̄fecto maiorem ar
rogantie p̄sūptionem quā sibi declinare videntē i
currūt. quia vel tunc cum ea p̄cipiūt dignos se e
ozum p̄ceptione diiudicant. Multo autem iustus
est ut cum hac cordis hūilitate qua credimus om
ni tempore et fatemur illa sacros̄cta misteria nū
q̄ p̄ merito nos posse cōmūgere singulis ea domi
nicis ob remediū nostraz egritudinū p̄sumamus
q̄ ut vana p̄suasione cordis elati vel post annum
dignos eozū p̄ticipatione nos esse credam;. Quā
p̄pter ut hec intelligere et fructuose tenere possi
mus misericordiam domini ut nos ad perficiēda
hec adiuuet attentē implorem;. que nequa; ita
ut hūane cetera artes p̄cedente quada; ratiōe uer
borū sed actu potius et experientia p̄te discūtur
queq; rurū nisi tam collatōnibus spiritaliū viro
rū frequenter ex ammatā fuerint et polita q̄ docu
mentis et quotidiana experientia solite ventilata.

aut aboleseunt memoria. aut ociosa obliuione dē
unt. **CXX** **C**ollatio abrahā de omnimoda so
licitudine appetenda. **Ex libro septimo.**

Ultima collatō abbatis abrahā x̄po fauē
te p̄cuditur. Ad quez impugnationem
cogitatō nū nostraz anxia confessione d
tulim; s; qua ad repetendam p̄uinciam n̄az aimi
estibus urgebamur. Hinc etenī nobis maxima de
siderioz nascebat occasio. q̄ tanta religio atq;
pietate parentes nostros p̄ditos recordabamur
ut eos nequa; impedituros nostrū p̄positū p̄su
meremus. quodq; p̄fectū magis ex illoz essem;
assiduitate capturi nulla; nos corporaliū rerum
solicitudine occupandos. illis affatim omē cū gau
dio p̄bitionem nostre necessitatis explentib;. In
super etiam spe manium gaudioz animū pasceba
mus. credentes fructū nos maximū p̄cepturos d
cōuersione multorum qui velut nostro essent ad
uiam salutis exemplo ac monitis dirigendi. Tum
p̄terea ipsorū loco; situs in quib; erat maiorib;
nostris auita possessio ipsaq; amenitas iocūda re
gionum ante oculos pingebatur. q̄ congrue soli
tudinis spaciis tenderetur. ita non solum delecta
re monachum possent secreta siluarum. sed etiam
maxima victus cūctis p̄bere cōpēdia. Que om
nia seni cum secūdum fidem cōsciētie nostre sup
pliciter panderemus. tacitus ille diu; cūctat; ac
q; ad extremum grauiter ingemiscens ita respon
dit. Nec dum nos desiderijs renūciasse mūdānis
nec mortificasse cōcupiscentias p̄stimas cogitatio
num nostrarū p̄didit infirmitas. Nā sicut desidi
am cordis uestri desiderioz uestrorū puagatō p̄
testatur. hanc p̄grinationem ac parentū absentia
q̄ mente potius suscipere debuistis. carne tātum
modo sustinetis. Ideo; uos illa ocii egritudine sē
tio laborare que in puerbijs ita notatur. In desid
rijs est omnis ociosus. Nā et nobis potuerāt hec
que cōmemorastis carnaliū cōmodo; non deesse
cōpēdia. nisi nobis illa sentētia saluatoris occur
reret. qui non reliquerit siue oderit patres et m
rē. Potuimus etiā cellulas saltem nostras sup ni
li fluminis alueum collocatas aquaz habere p̄fo
ribus. ne eam a quatuor milibus passū nostris
cogeremur deferre cūctib;. nisi nos ad tolerātiā
laboris istius idēssos beat; aplūs reddens hoc
iugiter animaret eloquio. vnusquisq; p̄piaz mer
cedem accipiet secundum suū laborem. Nec igno
ramus esse nōnulla etiā in regionibus nostris ame
na secreta in quibus pomoz copia et ortozū gra
tia necessitati corporū expedirent. nisi impingēda
nobis illam exp̄bationem uereremur. quia recepti
sti cōsolationem in uita tua. S; despectis illis oi
bus his tātum squaloribus delectamur. uniuersis
q; delicijs horrendam solitudinis istius p̄ferim;
uastitatem. Parū est enim renūciasse monachū se
mel. id est. in p̄ordio cōuersionis sue cōtempis
se p̄sentia. nisi quotidie eis renūciare p̄stiterit.
Idcirco ei qui de interioris hominis puritate soli
citudinem gerit. experenda sunt ei loca que mētē
eius nulla ad culture distensionem ubertatis sue
fecunditate sollicitent. nec de cellule fixa stariōe p̄
turbent. Non enim cogitationū suaz tempestati
bus obuiare iugi solitudine ac p̄seuerati intē
tione didicerūt. qui sub diualib; quotidiē operi
b; dsudates. tota die s; aeris sanitate nō solū cor
pore. verū etiā mēte puolitat et cogitationes suas
cum mobilitate corpēa passim i apta diffundunt

CXXI **Q**uod figendum sit et corpus in loco et mens in deo.

Nec mirum si in cellula quis residens quasi intra artissimum claustrum cogitationibus congregatis. cum foras progreditur arietatum multitudinem suffocetur. que de carceribus habitaculi cum homine propentes. continuo velut equi effrenes in diuersa prooliant. Cum vero ad cellam propriam remeant. grauiore excitat stimulos ipsa inueterate licentie consuetudo. Hi ergo qui necdum possunt vel nouerunt voluntatem suam instigationibus reluctari. cum accidia pectus in solitum uehementem impugnantem intra cellam fuerint anxii. si progrediendi sepius libertatem sibi remissa districtio legis concesserint. acriorem aduersum se pestem hoc ut putant remedio suscitabunt. sicut gelidissime aque haustu vim internarum febrium quodam restringere posse se credunt. cum utique accendi ex hoc estum illum constet potius quam sedari. Si quidem momentanea illam reuocacione multo grauior consequitur afflictio. Quamobrem ita omnis monachi intentio in unum semper est defigenda. cuiusmodi cogitationum eius ortus atque circuitus ad ipsum. in memoriam dei strenue reuocandi. uelut quis abstrahens cameram uolens in sublime concludere. subtilissimi illius centri lineam iugiter circuducat. ac secundum certissimam normam omnem rotunditatis parilitatem et structure colligat disciplinam. aliter indecora in corde suo atque indignam spiritus sancto domum continuo. quod lapsura imprudenter attollit. non gloriosi cado. beatifico habitatois hospitio. sed ruma constructionis sue lugubriter opprimendus. **CXXII**

Quedam facta perfectorum non sunt infirmis trahenda in exemplum. **Germanus**

Darentum uicinia quam nec uos nimium respiciatis cur tanto opere a nobis debeat euitari. non satis claret. **Abraham**
Nonnumquam mala ex bonis rebus sumi uidentur exempla. nam si quis eadem agere non eodem affectu atque proposito aut dissimili uirtute presumpsit. profecto exinde laqueum deceptionis ac mortis incurrit. unde alius eterne uite fructus acquiritur. Quod puer dauid giganti illi in certamine parat. haud dubie protulisset. si fortissimis saulis armis fuisset indutus. et non tam prudenti discretione congrua adolescentie sue armorum genera delegisset. Quam mensuram uirum suarum considerare conuenit unumquemque nostrum. Non enim quia bona est anachoretis. uniuersis eam congruam comprobam. Nec quia institutionem cenobiorum uel curam fratrum sanctam atque laudabilem merito profitemur idcirco ab uniuersis eam expetendam esse censemus. Proinde primus regionis vestre atque huius inter se pensanda sunt instituta. deinde vires hominum iugiter uel uirtutum uel uiciorum assiduitate collecte diuersa inuicem late trutinande. Fieri etenim potest ut quod alteri generis homini arduum atque impossibile est. hoc aliis in sita consuetudo quodammodo uertit in naturam. Itaque diligenter expedit utrum in illis torpidis ut fama est regionibus. et uelut frigoze nimie infidelitatis obstructis. hanc nuditatem sustinere possitis. Non stris enim istam proposito fortitudine naturaliter quodammodo indidit sancte conuersionis antiquitas. Quorum si consistat atque uirtuti pares uos esse certitis. uicinia patrum fratrumque uestrorum similitudine fugere non debetis. Rimamini itaque nunc archana peccatoris uestri. prudenterque coniicite. an tale etiam

uos iuxta parentes uestros distinctionem mentis iugiter retentare possitis. Cumque uos in hac animi mortificatione consimiles eidem senseritis. tunc scitote pentum fratrumque uicinia. uobis quoque similiter noxiam non futuram. ut. si. eis quibus in proximo constitutis uelut mortuos uos esse credatis. ita ut nec illos uestris fouere solacijs. nec uos illorum finatis obsequio relaxari. **CXXIII** **Q**uod perfectionem appetenti fugienda sint parentum et amicosum blandimenta.

None quid proposito nostro oberit. si illis sumministrabitur. uniuersa nos sollicitudine pandi uictus penitus absoluti lectio ni tantum et orationum operam dederimus.

Abraham Non mea contra hoc uobis sed beati anthonii sententiam proferam. Nam cum ad illum qui dam ueniens. anachoreticam disciplinam minime dice ret admirandam. maioris pronuncians esse uirtutis si ea que perfectionis sunt inter homines quispiam quam in heremo positus exerceret. beatus anthoni. ubi nam ipse consisteret procul. Cumque ille se iuxta parentes suos habitare dixisset. et eorum prohibitione ab omni cura et sollicitudine diurni operis absolutum lectioni tantum et orationi insistere. Rursus anthonius. Dic inquit fili. utrum in eorum damnis uel ad uersis casibus contristeris. pari que etiam modo super eorum prosperitate cogitaueris. Ille utriusque rei se participem esse confessus est. Cui senex Noueris te etiam inquit in futuro seculo in eorum sorte censendum cum quibus in hac uita in lucri detrimenti uel confortio uel gaudeo uel meroze concuteris. Hec conuersatio atque hic tepidissimus stas. non hoc solo quo dixi te ferunt detrimento. Licet id nunc ipse non sentias. dicens quodammodo. ferierunt me sed non do lui re. quod scilicet diebus singulis mentem tuam pro casu uarietate mutantes indefinenter ad terrena demergunt. uerum etiam quod fructu manuum tuarum et iusta proprii laboris mercede defraudant. non permittentes te horum prohibitione suffultum secundum beati apostoli regulam quotidianum tibi uictum manibus preparare. Ideo cum etiam nobis pentum proidia non desent tamen hanc cunctis opibus protulim. nuditatem et quotidiana corporis alimenta nostris malum. sudoribus preparare quam secuta parentum prohibitione fulciri. laboriosissime huic penurie illam quam predicat ociosa scripturarum meditationem. atque infructuosam lectionis instantiam postponentes. Noueris autem te etiam ex hoc non leui. quam illo quod supra diximus ferri detrimento. quia cum sis sani corporis ac robusti. stipe sustentaris aliena. que iuste solis est debilibus attributa. secundum apostolum qui ociosis penitus interdicens opem largitatis aliene. qui non operatur inquit nec manducet. His beatus anthonius aduersus quendam usus uerbis. etiam nos magisterij sui informauit exemplo ut paratum prociouissima blandimenta. et omnium qui uictui necessariam sumministrat agapem. insuper etiam omnem amene habitatois gratiam deuitem. **CXXIII**

Quod melius sit pauca merita cum securitate acquirere quam ad maiora lucra cum periculo aspirare.

Nam quod alios quoque saluare uos posse confiditis. et spe maioris lucri ad reuersionem patriam festinatis. audite etiam super hoc quaedam abbatis macharij fabulam iocundissime atque aptissime figuratam. quam et ille cuidam similibus desiderans estuanti ingesserit. Erat inquit in ciuitate quadam pitissimus confor

qui denarijs trinis vnūquēq; detondens. necessa-
ria victui quotidie cōparabat. centūq; denarios
expleta omni corporis cura marsupio suo diebus
singulis inferebat. Sed audiuit ī quadā lōge posi-
ta ciuitate singulorū solidorū singulos homines tō-
sozi prebere mercedem. Itaq; sumens artis sue p-
temus instrumenta. expensis in sūptu omnib; que
hic multo tempore collecta seruauerat. ad urbem
illam questuosissimā cum sūmo laboē puenit. Vbi
cum ea qua ingressus est die. secūdo hoc qd cō-
pēat ab vno quoq; mercedem sui operis rēpisset
ad uesperum videns se grandēz solidorū numerū
cōquisisse. ad macellum letus intendit. escas emp-
turus. Quas cum cepisset magno solidorū p-
cio compare. expensis in pexiguo victu vnūis quos
acquiserat solidis. nec vnus quidem denar. ī ite-
lic lucrum. Cū itaq; acquisitionem suam singul-
diebus vidisset insūmi apud se recogitans. reuer-
tar inquit ad ciuitatem meam. illumq; repetam te-
nuissimum questū. Questuosior fuit michi ille nū-
morū. q̄ iste solidorum imaginarius questus. ex
quo non solum nichil exupat quod recondā. sed e-
tiam uix ipsa quotidiani uictus necessitas susten-
tatur. Idcirco nobis est rectius hunc solitudinis
huius tenuissimū fructum in dirupta iugitate se-
ctari. quem nulle seculares cure nulle mūdane di-
stensiones. nulla cenodoxie ac vanitatis abrodāt
elatio. nulle diurne solitudinis necessitates imir-
nuant. Melius est enim modicū iusto q̄ affectare
illa lucra maiora. que etiam si pta fuerint questuo-
sissima cōuersione multorum nec. sicut tamē mū-
dane cōuersionis et quotidiane distensionis di-
minutionibus absumūt. Melior nāq; est pugillus
vnus cū requie. q̄ duo pugilli cū labore et psūpti-
one spūs. Quibus illusionib; atq; dispendiis om-
nes admodū infirmos necesse est implicari. qui cū
etiam d saluce sua sint dubii. ipiq; adhuc magiste-
rio atq; institutione egeant aliena. ad cōuertēdos
alios ac regendos dyabolicis illusionibus instigā-
tur. quiq; etiam si potuerint lucrī aliquid ex quo-
rundam cōuersione cōquirere. impatiencia sua at-
q; inconditis moribus quidquid acq̄uierit p-
fli gabūt. Illud quoq; eis eueniet. Qui mercedes cō-
gregat misit eas in sacculum p-
sum. Et melior ē
vir ignobilitate seruiens sibi. q̄ qui dignitatem si-
bi acquirat et indiget pane. CXXV De ra-
diabus viciorum in anima. Germanus

Satis agrue nobis his cōpatōib; dispu-
tatio tua illusionū nostrarū manifestauit
errores. quorū causas et curatiōes simi-
liter optamus agnoscere. et unde accide-
rit nobis ista deceptio. Abraham. Omnium uici-
orum vnus fons atq; p-
cipium est. secundūz qua-
litatem vero mēbri quod in anima fuerit viciatūz
diuersa vocabula passionū corruptionūq; sorti-
tur. Quod nōnūq; etiam morborū corpaliū p-
bat exemplo. Etenim cum arcē corporis. i. caput uis
noxii humoris obsiderit. cephalargie pcreat passi-
onem. Cum vero aures oculos ue p-
uaserit i oral-
gicum siue obralmicū uertitur morbum. Cū se ad
articulos quosq; et ad manū sūma trāsfuderit.
articularis atq; cirogrica dicitur valitudo. Cum
autem ad pedum ima defluerit. podogra nuncu-
patur. Totq; uocabulis vna atq; eadē noxii hu-
moris origo distinguitur. quot mēbtorum cepit
portiones. Eodemq; modo anime nostre p-
bus
vni? cuiusq; viciū melle credamus Nam si ratio

bilem eius ptem viciōrū pestis in fecerit. cenodox-
ie. elationis. inuidie. supbie. psūptionis. cōten-
ris. hereseos vicia p-
nerabit. Si irascibilem vulne-
nerauit. furorem. impacientiam. tristitiam. accidi-
am. pusillanimitatem. crudelitatem. p-
turiet. Si
cōcupiscibilem vulnerauit. castrimargiam. fornicā-
tionem. filargiā. et desideria noxia terrenaq; ge-
nerabit. Et idcirco si fontem viciū huius vultis a-
gnoscere rationabilem mentis uestre portionē no-
ueritis esse corruptam. ex qua psūptōnum vel ce-
nodoxie solent vicia pullulare. dum non solū ad
pfectionis iam puenisse fastigia. sed etia; alios do-
cere posse uos credetis. et per elationem cenodox-
ie ac peruagationum uanitate raptamini. Quas
amputare absq; difficultate poteritis. siq; diffici-
le sit vnicuiq; uestrum saluare animāz suā. mentis
uestre contritiōe discatis. et intimo cordis affectu
non modo longe uos ab illa docendi psūptōne sū-
motos. uerum etiam adhuc egere doctozis agno-
scatis auxilio. Abhibete ergo huic mēbro vel p-
anime uestre quā spēaliter diximus vulneratā. ue-
re humilitatis medelam. CXXVI Quid sit
fugienda penitus hominū frequentia. Germanus

Inter cetera illusionū errorūq; nostrorū
genera. que nos ad desidio erium patrie no-
stre flammauerant etiam hec maxima
exiit causa. q̄ interdum a fratrib; fre-
quentati iugi secro ac diuturno silentio secūdo
desiderium nostrum nequaquā possumus inherere
per quod necesse est intercedi mēsuā quotidiane
continentie quā per castigationem corporis in-
ruptā perpetuo cupimus recitare. Quid nullatē?
in nostra puincia credimus euenturū. in qua aut
nullum aut certe rarissimam p-
fessionis huius vir-
rum inuenire possibile est. Abrahā. Irrationabi-
lis atq; incōsiderate d-
strictionis. imo potius sū-
mi teporis iudiciū. nequaquā ab hominib; frequē-
tari. Qui enim in hac quā arripuit uia nimitū tar-
dis passibus graditur. equū est ad eum non dicāz
sāctorū sed nec hominū quidem ullus adueniat.
Vos autem si deum qui utiq; caritas est pleno spi-
ritu; feruore sectamini. ad quelibet loca maccessi-
bilia fugeritis. necesse est ea ab hominib; frequē-
tari. q̄ntoq; uos p-
pores deo amois diuini ardor
et fecerit. tanto ad uos maior sanctorum fratrum
cōfluet multitudo. Nō enim potest ciuitas absco-
di sup montem posita. quia diligētes me iquit do-
minus glorificabo. Verū tamen nosse debetis. hāc
esse subtilissimam mimici foueam in quā miserabi-
les et incautos quosq; p-
cipiat. ut duz maiora eis
p-
mittit necessaria. quotidiani fructus emolimē-
ta surripiat. obstrusiores scz ac vastiores solitu-
dies expeti dōbē psuades. easq; uelut miris ameni-
tatibus confitas in eorū corde pingens.

CXXVII De austeritate interdum aliqua
tenus relaxanda.

Illa quoq; remissionis atq; humanitatis
intercapedo gratissima. q̄ nōnūq; pro
aduentu fratrum interuenire consueuit.
licet molesta uobis ac fugienda uideat-
tamen q̄ sit utilis ac salubris tam corpori q̄ spūi
uestro. paucis patienter attendite. Sepe accidit
non dicam nouiciis et infirmis sed etiam expimen-
tissimis atq; p-
fectis. ne nisi mētis eorum directō
atq; censura quibusdam mollita fuerit uicissitudi-
num laxamentis. aut in teporem spiritus aut cer-
te imperniciosam corporis ualitudinem collabāt.

Et idcirco a prudentibus atq; pfectis cum inter-
 cesserit fratrum crebra etiam visitatio non solum
 toleranda patienter sed etiam grater est aple-
 ctenda. Primū qđ puocat nos auidius semp so-
 litudinis desiderare secreta nam quodāmodo cur-
 sum nostrum dū interpolare creditur infatigabile
 iugemq; cōseruat qui si nullo obice iterdū tarda-
 retur usq; ad finem cōtendere indefessa p̄tinacita-
 te non posset. Deinde cum necessitatem reficien-
 di corpusculi cum fructu humanitatis indulget
 maiora nobis cōfert lucra cuz iocūdissimo corpo-
 ris laxamento qđ illa sint que per abstinentie fati-
 gationem fuerat acquirenda. Super qua re ap̄tissi-
 mam cōpationem antiq̄ narratione vulgatā breui-
 ter vobis indicabo fertur beatissimus iohānes e-
 uāgelista cum poicem manibus molliter demulce-
 ret quendam ad se habitu uenatozio uenientē sibi
 to cōspexisse Qui miratus qđ uir tante op̄mionis
 ac fame ad tam parua et humilia se oblectamēta
 summitteret tu ne es inquit ille iohānes cui? fa-
 ma insignis atq; celeberrima me quoq; sūmo desi-
 derio tue agnitionis illexit. Cur ergo oblectamē-
 mentis tam vilibus occuparis. Cui beatus iohan-
 nes. Quid est quod manu gestas. At ille. Arcus
 ait. Et cur eum non inquit tensum semp circum-
 fers Cui respōdit Non oportet ne iugi curuamē-
 rigois fortitudo laxata mollescat atq; depercat
 et cum optuerit ut fortiora in aliq̄ feram specula-
 dirigentur rigoze per nimietatem cōtinue inten-
 tionis amisso violentior ictus non possit emitti.
 Nec nostri inquit beatus iohānes animi te offēdat
 o iuuenis tam parua hec breuiusq; laxatio qui nisi
 remissione quadam rigozem intensionis sue inter-
 dum releuet ac relaxet irremisso rigoze lentescēs
 virtuti spūs cum necessitas possit obsecū dare nō
 poterit. CXXVIII De suauī iugo christi
 et eius exasperatione. Germanus

Quoniam nobis illusionum cūctarū ī me-
 dia cōculisti et dyabolice quib? quatie-
 bamur insidie per doctrinā tuam domi-
 no donante detecte sunt hoc quoq; no-
 bis p̄camur edisseri quod ī euāgelio dicitur Iugū
 meum suauē est et onus meum leue. Quippe cum
 aplūs dicat omnes qui uolūt pie uiuere in xp̄o p̄
 secutionem patienter. Abrahā. Verissimā dñi
 esse sententiam exp̄ientie ipsius facile p̄bābimus
 documento si perfectōnis uiam legitime fuerim?
 aggressi. Quid enī gūe poterit esse qđ durū ei qđ
 uera humilitate fūdatus in omnibus que fuerint
 sibi irrogate letatur iniuriis dicens cōplaceo mi-
 chi in infirmitatibus Quo familiaris rei cruciabi-
 tur damno qui perfecta nuditate glori osus mū-
 di facultates omnesq; cōcupiscentias arbitrat̄ur
 ut stercoza qui omnia que ab aliis auferri possūt
 sua non esse cognoscit. Cui? ī op̄ie necessitate fa-
 gabitur qui cuz ap̄lo gloriatur in ieiuniis multis
 in fame et siti ī frigoze et nuditate Quis labor qđ
 ue tam arduū seniozis p̄ceptum trāquillitate p̄-
 ctōzis eius poterit perturbare qui omnibus que
 sibi fuerint imperata non solum patienter sed eti-
 am gratāter occurrit dicens et ipse. Non sicut e-
 go uolo sed sicut tu. Vt autem nobis econtrario
 iugum xp̄i nec leue nec suauē uideatur cōtumacie
 nostre est ascribendum qui diffidentia atq; incre-
 dulitate deiecti contra illius cōsiliū qui ait. Si
 uis perfectus esse uade uēde omnia tua et sequē-
 me. mepra p̄uersitate pugnāmus terrenarū scilicet

facultatum materias retentantes. Quarū cum ne-
 xibus animum nostrū dyabolus teneat illigatum
 quid supest nisi ut cum uoluerit nos spiritualib?
 gaudiis separare earūdem imminutione ac p̄ua-
 tione mestificet. secularium curaz flagris semper
 excruciet. ex nobismetipsis quo dilaceramur excul-
 pans. Ipe enim nobis tormento sunt quibus uti-
 mur uoluptates et oblectamenta huius carnis ac
 qđ delicia carnificum uice in suū retorquent̄ auto-
 rem. Nos inq; non esse manifestum est qui semi-
 tas domini rectas ac leues p̄uis ac duris desideri-
 orum cātibus exaspamus qui uiam regīā apliās
 ac p̄phetiās silicibus cōmunitā factozūq; omniū
 atq; ipsius domini uestigiis cōplanatam amentissi-
 me deserentes. deuia queq; ac dumosa sectamur
 et p̄sentium oblectationum illecebris obcecati. p̄
 obscuros impeditosq; uiciorum anfractus laceā-
 tis cruribus et disrupta n̄ uptiali ueste reptamus
 non modo acutissimis uepziū aculeis cōfringen-
 di sed etiam uirulentorum serpentū uel scorpio-
 num illic latitantium ictibus uulnerandi. Oblit?
 est inquit me populus meus frustra libantes et ī
 pingentes in uis suis in semetis seculi ut ambula-
 rent per eas itimere non trico. uic eorum secūdum
 sententiam salomōis sūt strate sp̄inis et ecclesias-
 tes hoc exp̄mens labor inquit stultoꝝ affligit eos
 Et reuera si cōpare uolueris splendētem uirgini-
 tatis flozem et suauē olentem castimonie purita-
 tem. tetrīs ac fetidis libidinū uolubilibus quietez
 securitatemq; monachoꝝ piculis et erūnis quib?
 mūdi hui? homines īp̄licanē. paupertatis nostre re-
 quem. edacibus diuitum tristitiis ac puigilibus
 curis in quib? non absq; sūmo uite periculo die-
 bus ac noctib? cōsumūtur. suauissimū iugū xp̄i
 onusq; leuissimum facillime cōp̄babis.

CXXIX De cētuplo perfectoz ī hac uita
 Roinde etiam illa retributio p̄mioꝝ qđ
 perfecte renūciantibus in hac uita cētū-
 plum domini? rep̄misse. uerissime eodez
 sensu suscipitur Multo credibili? ē. eū
 scilicet qui aliquid seculariū uel affectuū uel bo-
 norū xp̄o suadente cōtēpserit. a fratrib? atq; cō-
 sortib? p̄positi sui qui ei sp̄iali glutino colliganē
 centuplo gratiozem etiam in hac uita recipere cai-
 tatem. Hanc siquidē quā societas copule seu p̄san-
 guinitatis necessitudo cōiūgit. satis breuē esse p̄stat
 ac fragilem Monachi soli p̄petuam cōiūctōnis re-
 tinent vnitatem atq; indiscrete possident vniuer-
 sa qui omnia sua esse que fratrum. omnia fratruꝝ
 credūt esse que sua sunt. Ergo istam cētupli retri-
 butionem in magnitudine meriti et in discretōne
 tam incomparabilis caritatis noueritis exp̄ssā. Si
 autem p̄ ire turbatione iugem patientie lenitatez
 p̄ labore solitudinis securitatis quietem p̄ infru-
 ctuosa seculi hui? penaliq; tristitia salutaris est
 cie fructuz. p̄ uanitate leticie temporalis gaudiū
 sp̄ialis appenderis ubertatem. retributōnē ī hoꝝ
 affectuū cōm utatione centuplā p̄uideb. Et si uni-
 uscuiscuz uicij breui ac lubrice uoluptati p̄trariarū
 uirtutum merita cōferanē. centuplo hec esse meli-
 ora multiplicata iocūditas app̄babit Centuplam
 nanq; fratru parentū ue recipiet quācitatez. quis
 quis patris unius uel matris seu filii p̄ xp̄i noīe
 caritate cōtempta. in omniū qui xp̄o deseruūt di-
 lectionem sincerissimā transit Multiplicata etiam
 domozū atq; agrorum possessione ditabitur. quis
 quis vna domo p̄ xp̄i dilectione reiecta. innumē

monasteriorū habitacula tan p̄ppria possidebit .
 in quacūq; orbis parte uelut in sue domus iure
 succedens . Quomodo enim nō centuplū sed plus
 q̄ centuplū . r̄cipit qui . x . vel . xx . suozū ministeria
 iuita v̄l coacticia d̄relinquēs . tot īgenozū ac no
 bilium spontaneo fulcitur obsequio . Sed hoc s̄a
 cto ministerio merito ac fiducialiter p̄fruūtur . q̄
 prius in seruitutez fraternitatis seipos suaq; om
 nia voluntaria deuotione subdiderint . Quisquis
 autem hec humilitate sincera cōfortibus suis āte
 non detulerit . quomodo deferri sibi ab aliis paciē
 ter admittit . cum grauari se eozū obsequiis intel
 ligat potius q̄ foueri . CXXX De p̄secutio
 nibus adiūctis et de fine sermonis .

Nec tamen omnia non cum remissa securi
 tate . nec cū inerti oblectatione p̄cipiet .
 sed secūdum uerbum domini cū p̄secuti
 onib; id est cū p̄suris seculi huius ac sū
 mis angoribus passionum . Regnum enim celozū
 non delides . non remissi . non delicati . non teneri
 sed uiolenti diripiūt . qui non aliis sed uolūtati
 suis p̄claram inferunt uolentiam . Qui d̄reptōne
 laudabili omni se p̄sentii rerū uoluptate fraudā
 tes . p̄ huiuscemodi rapinam regnum celozū uolē
 ter inuadūt . Et idcirco saluator ut nobis āputan
 darum uolūtatum nostraz formā traderet . nō ue
 ni inquit facere uolūtatem meā sed uolūtatem ei
 us qui misit me . Quā uirtutem illi specialiter ex
 ercent . qui in cenobiis cōmorantes senioris regū
 tur imperio . qui nichil omnino arbitrio suo agūt .
 sed uolūtas eozū ex uolūtate pendet abbatis . Po
 stremo ut iam disputationis hui; sermo claudat .
 nonne obsecro in hoc centuplā gratiam euidentis
 sime qui fideliter x̄po deseruiūt cōsequūtur . duz
 p̄ nomine eius a sūmis principibus honozant̄ . ac
 licet ipsi hūanam gloriā non requirant . uenera
 biles tamen etiam in p̄secutionum āgustis iudici
 bus cūctis ac potestatib; fiunt . quozū uilitas eti
 am mediocribus forsitā despicibilis esse potuit
 ser ūl p̄ obscuritate natalium . uel p̄ cōditōne ser
 uili si in seculari cōuersatione mansissent . Pro x̄pi
 aūtē militia nobilitatis nemo status calūniā omo
 uere . nemo obscuritatez generis audebit opponē
 Quinpotē illis ipis uilissime cōditōnis opprobriis
 quibus confundi et dehonēstari solent ceteri . ipsi
 famuli gloriofius nobilitantur . Tali beatus abra
 ham sermone de illusionis nostre uel origine uel
 medela differuit . atq; oculis quodāmodo nostris
 cogitationum quas dyabolus autor ingesserat p̄
 palauit insidias . nosq; ad desiderium nostre mo
 rificationis accendit . quo etiā multos licet incom
 pro hec omnia s̄mōe digesta sint credi; iflamādos
 Continentia et capitula . xxj . libri .

Acesimus p̄m; liber cōtinet histo
 riam . lxxviii . annoz p̄ tempora . v . i
 patoz . s . ab ipio theodosij iunio
 ris usq; ad finē ipii zenonis . et inē
 hec floēs quozūdā catholicoz . s .
 petri . rauennatis . et pape leonis .

psperi quoq; et fulgentii . Habet autē capla . cxj .

De imperio theodosij iunioris quo solus
 imperauit . i .

De impio eiusdē theodosij cum ualentini
 ano . ii .

De quibusdam euentib; illius temporis . iii .

De origine et priori statu sancti germani antio
 dozensi . .iiii .

De ordiātōne eiusdē et obitu sancti amatoris . v .
De uita eiusdem sancti amatoz episcopi . vi .
De austeritate uite sancti germani . vii .
De primo transitu eiusdem in britāniam et de san
 cta genouefa uirgine . viii .
De egritudine sancti germani et eius pugna con
 tra saxones . ix .
De secunda p̄fectōne eiusdem in britāniam et di
 scipulo suscitato . x .
De rege britannie ab eodem expulso et subulco
 substituto . xi .
De sancto cassiano augustodunēsi qui respōdit ei
 de cumulo . xii .
De latrone eius diuinitus irretito . et duobus au
 reis compensatis . xiii .
De opib; pietatis ei; et asini sui suscitātōe . xiiii .
De transitu et exequiis eiusdem . xv .
De sancto lupo trecensi . xvi .
De uita sancti mamertini abbatis . xvii .
De sancto mariano monacho . xviii .
Dobuc d̄ miraculis et trāsitu eiusdem . xix .
De sanctis episcopis eucherio lugdunensi et hy
 lario arelatensi . xx .
De sancto honozato arelatensi episcopo et eius p̄
 morozis . xxi .
De uita eius mōastica et c̄p̄atu eiusdem . xxii .
De sancto patricio hibernorum episcopo . xxiii .
De baculo hiesu sibi dato et purgatoio sibi ostē
 so . xxiiii .
De patronio bononiensi et scriptis eius . xxv .
De ceteris eiusdem temporis doctozibus et scri
 ptozibus . xxvi .
De quibusdam illius temporis accidētib; . xxvii .
De obitu sancti augustini yponensi epi . xxviii .
De sancto leone papa sermologo et de scriptis
 eius . xxix .
De quibusdam incidentibus illius temporis et d̄
 merlino et eius p̄phetia . xxx .
De p̄secutione wandalozum in africa et . vii . dor
 mientibus . xxxi .
De resurrectione predictozum vii . fratrum et d̄
 stupefactione malchi . xxxii .
De qualiter eozum resurrectione diuulgata rursus
 obdormierunt . xxxiii .
De quibusdam euentibus et obitu theodosij et
 codice eiusdem . xxxiiii .
De ipio marciāni et scilio calcedonēsi . xxxv .
De p̄secutione hunozum in gallia et ex pugna
 tione eozum . xxxvi .
De sancto nichasio remēsi et eius sorore eуро
 pia . xxxvii .
De martirio utriusq; . xxxviii .
De iterū de p̄secutione hunozū in gallia et de mira
 culo trinitatis in unitate . xxxix .
De sancta uirgine ursula cum sociabus suis unō
 cim milibus . xl .
De qualiter romani nauigantes a papa ciriaco susce
 pri sunt . xli .
De qualiter idēz papa multiq; alii magnates eis ad
 iuncti sunt . xlii .
De martirio totius predictē multitudinis apud
 coloniam . xliiii .
De quibusdam earū miraculis post trāsitū . xliiii .
De p̄secutione hunozum in ytaliam et de morte
 attilie regis et sepulcro sancti seruacii . xlv .
De sancta genouefa uirgine et eius infāntia . et qua
 liter urbem p̄si; liberauit ab hunis . xlii .